DE LEGATIS
PRO
VICTU RELIGIOSIS
Mendicantibus relicto.

DE LEGATIS
PRO
VICTU RELIGIOSIS
Mendicantibus
relicto.

DISSERTATIO UNICA.

PETRI MARCELLINI DE LUCCIA
A S. JOANNE AD PYRUM IN PROVINCIA SALERNITANA,
J. U. D., & in S. Theologia professi, ac in Romana Curia Causarum Patroni.

In qua agitur de Obligatione indispensabili hæredum satisfaciendi Legata quomodocumque relicta RR. PP. Religiosis Seraphicæ Regulæ D Francisci ad formam Decreti R. Fabricæ 14. Februarii 1633. Authoritate Apostolica Confirmati.

D I C A T A

RR.mis PP. Ministris, Commissariis, & Procuratoribus Generalibus totius Ordinis Minorum D. Francisci.

EXCUDEBAT PARMÆ, MDCCXI.

Paulus Montius sub signo Fidei. *Superior. facultate.*

RR.^{mis} Patribus Miniſtris, Commiſſaris, & Procuratoribus Generalibus totius Ordinis Minorum D. Franciſci.

Hanc Eleemoſinarum Diſſertationem Obſervantiæ ergo.

D. D. D.

PAULUS MONTI.

Eleemoſinam diurnam Veſtræ Religioni Seraphicæ ſumma pietate à Teſtatore legatam, Hæredes ſolvere renuerunt; RR.^{mi} PP. eamdemque, à tot tantiſque vindiciis abſolutam veſtris Religioſis eſſe debitam ad præſcripta Decreti S. Congregationis R. Fabricæ de anno 1633. indicti, Suprema Urbis Tribunalia ſummo ſanxerunt jure; Opere pretium idcirco duxerunt quidam ejuſdem Ordinis Religioſi Diſſertationem ſuper præfato legato elucu-

bratam typis demandare, opusque injunctum libenti, quo par fuit, animo suscepi, & ad optatum finem perduxi; Eadem igitur animi propensione, qua ipsam typis demandandam assumpsi, jam demandatam vestris Auspiciis dicare audeo, cujus pretium non à mole, verum ab argumento, & animi necessitate æstimandum venit, pro certo habens, quod sicuti Vos ipsi à vestra Hæroica virtute instructi, & à mirifica Paupertate in qua vivitis adstricti, eleemosinas ex instituto recipere debeatis, ita in animi mei devotum obsequium Dissertationem ipsam, & mei animi jura de vestræ protectionis præsidio digna, sicuti mihi spes elargitur, judicetis. Valete.

Ex

EX commissione mihi infrascripto specialiter facta à Reverendiss. Sacri Apostolici Palatii Magistro, egregiam hanc *Dissertationem de Legatis pro victu Religiosis Mendicantibus relicto*, Authore eruditissimo Dño Petro Marcellinó de Luccia à S. Joanne ad Pyrum in Provincia Salernitana, in utroque jure Doctore, & in S. Theologia professo, ac in Romana Curia Causarum Patrono, ea qua potui diligentia perlegi, opus sanè jugi studio, ac accuratissimè elaboratum, in eo namque multa paucis mira dexteritate complectitur, omnia, quæ ad subjectum ejus spectant, non solum ex sententiis zelantissimi professoris, & expositoris Regulæ Fratrum Minorum Divi Bonaventuræ, ac quamplurium aliorum Theologorum, Doctorum, & Expositorum profundissimæ eruditionis; verùm & ex resolutionibus diversorum Tribunalium Urbis, & Orbis ex Decretis Sacrarum Congregationum, ac etiam ex Bullis Summorum Pontificum statuit, & roborat, simulque ostendit spiritum Fundatorum Ordinum Mendicantium esse prorsus uniformia, ac puritati ipsorum institutorum nequaquam repugnare; in hoc ergo opere nihil reprobandum me deprehendisse profiteor, & sic omnia, & singula approbata relinquo, ideòque dignissimum judico, ut quamprimum typis committatur, & in communem utilitatem Ordinum Mendicantium, ac præsertim in distinctam, & accuratam notitiam Eleemosinarum, & Legatorum quorum Seraphicus Ordo S. Francisci, qui longè strictiorem paupertatem profitetur, potest esse capax, in lucem evulgetur. Datum Romæ in Conventu nostro Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ die 17. Novembris anno 1709.

Fr. Timotheus à Flexia S. Theologiæ professor, ac Sacrorum Rituum Congreg. Consultor.

Imprimatur

Si videbitur Rev.^mo P. Magist. Sacr. Palatii Apostol.
Dom.^cus de Zaulis Archiep. Theodosiæ Viceger.

Imprimatur

Fr. Paulinus Bernardinus Ord. Præd. S. A. P. Mag.^r

Recen-

Recensentur Eminentissimi, & Reverendissimi Cardinales S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretes, qui in præsenti controversia jus dixerunt.

Panciaticus ejusdem S. Congregationis Præfectus. Colloredus, Ferrarius, Barbarinus, De Alteriis, Acciajolus, Spinula, Sperellius Gabriellius, & Reverendiss. D. Thomatus Secretarius.

Ulterius adducuntur Eminentiss., & Reverendiss. Cardinales S. Congregationis Rev. Fabricæ, ac Reverendiss. Prælati, qui pariter jus decisivum in triplicata propositione Causæ dederunt.

Nerlius ejusdem Sacr. Congreg. Præfectus. Mariscottus, Spada, Panciaticus, Barbarinus, De Alteriis, Priolus, Spinula, Corsinus, Aquaviva, Columna.

Prælati verò. De Marinis R. Cameræ Apostolicæ Auditor Generalis Lancetta S. Rotæ Auditor, Albanus C. Apostolicæ Præses, Columna Regens Cancellariæ, Sinibaldus Rev. Fabricæ Judex, Chrispoltus, Maximus, & Strozzus SS. D. N. Signaturæ Referendarii Vicentinus R. Fabricæ S. Petri Æconomus Generalis, & Secretarius, Casalius Advocatus Consistorialis.

De

DE Mandato Reverendiss. Patris, & Domini mei Umaniſſimi Patris Magiſtris Thomæ Mariæ de Gennariis Inquiſitoris S. Officii Parmæ &c. Summa animi oblectatione, & quæ Religioſo fortaſsè dedecebat Viro ad laſciviem uſque attentè, & accuratè revolvi Librum; cujus Titulus; *De Legatis pro Victu Religioſis Mendicantibus relicto*, doctiſſimè elaboratum, & concinnate perfectum ab eruditiſſimo D. Petro de Luccia à S. Joanne ad Pyrum in Provincia Salernitana J. U. D. in Sacra Theologia profeſſo, ac in Romana Curia cauſarum Patrono, in favorem præcipuè Fratrum Ordinis Minorum ſtrictioris Obſervantiæ Seraphicæ Religionis D. Franciſci: Opus mehercle citrà mendacii umbram eximium cujus unam pro meritis commendationem eſſe, cenſeo omni commendatione eſſe majus, Opus mole non multò grandevum, magnitudinem tamen corporis, quam ampullosè quidem non oſtentat, multiplici variarum quamplurium doctrinarum utilitate abundantèr compenſat; in ipſo namque Excellentiſſimus Auctor ea non ſolum, quæ ad propoſitam diſertationem. De Legatis pro Victu Religioſis Mendicantibus relicto, & ad aſſumptæ cauſæ victoriam conducere pleniſſimè poſſunt, congerit; ſed & de plurimis, aliiſque aliis, tum ex utroque jure, tum ex Theologia omni, inſuper, & ex Sententiis Sanctorum Patrum, & ex Hiſtoria tum ſacra, cùm humana, Librum ſuum componit, ut pro integra Bibliotheca liber unus inſerviat. Pretium tamen Operis in hoc ſolum conſiſtere ne credas; nam quod magis ſui æſtimationem accreſcit eſt videre ſagacitatem ubique mitam, eruditionem quæ poſſit maximam, auctoritatem Doctorum incontrovertibilem, dexteritatem in ſe expediendo ab adverſariorum tricis inimitabilem, & quod difficillimum eſſe hi qui difficilia pertractant experiendo dignoſcunt, ſoliditatem ſummam, cum ſumma claritate conjungere; *Multi equidem*, ut inquit Philoſophus, excogitant optimè, ſed malè *ſermone interprete, deſtituuntur*. Libri raritatem facit occulta partium colligatio ſoli Artifici nota, adeout disjuncta ab illis una, ſubitò tota ſolveretur ſtructura, ſoluſquè Auctor ipſe diviſas partes iterum ordine debito copularet. Neminem Liber verbis inſequitur, ſed quod vix noſtris temporibus præcipuè in controverſiarum diſceptatione conſueſcere, proh dolor! in diem experimur, ſenſum ſuum modeſtè, & religiosè aperit, ita ut cum omni veritate ſibi facere poſſit illud D. Nazianzeni; *Non adverſarios contumeliis, & convitiis laceſſo, quemadmodum*

dum plerique faciunt non cum dogmate, sed cum dogmatis assertore confligentes, ac rationum, & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes non aliter, ac sepias atramentum ante se vomere ajunt, ut Piscatores effugiant, ac conspectum suum eripiant. Omnia uno comprehendam verbo Liber hic in semitis judicii, veritatis, justitiæ, & sanæ pietatis ambulat, quarè Opus sanè undequaquè dignum judico ut præsens ætas plausu excipiat, & posteritas admiretur; imo cum natura boni sit sui ipsius diffusiva, ut quamprimum Typis producatur, ne dum in profectum Seraphicæ Religionis strictioris Observantiæ, pro qua præcipuè elaboratum fuit, sed & cæterorum omnium, quibus procul dubio utile esse potest, inauguror.

Datum in nostro Minimorum Conventu S. Joannis Baptistæ Parmæ die 13. mensis Januarii 1710.

Fr. Petrus Paulus Lampugnanus Lect. Jub. & Sanctiss. Inquisitionis Consultor &c.

Die 9. Martii 1710.

Attenta supradicta Attestatione

Imprimatur

Fr. Thomas Maria Gennari Inquisitor Generalis S. Officii Parmæ.

Imprimatur

Aloysius dalla Rosa Vic. Gen.

Vidit Laurentius Masini Consil., & Præses Cam. &c.

PRÆ-

PRÆFATIO

Ad Lectorem Benevolum.

DIssertationem unicam, humanissime Lector, considerandam propono, in qua nullum ingenii conatum nullamque eruditionem invenies, sed unicam controversiam à vindiciis constanti animo absolutam, & justa Sanctione decisam; in illa profectò, quid veritati juri, & justitiæ consonum, quid sanæ doctrinæ amplectendum sit in materia Legatorum Religiosis Mendicantibus D. Francisci Relictorum ictu oculi apprehendes. Extant nullum dubium est, quam plurimæ DD. allegationes de hac materia tractantium, quorum Elenchum inferius habebis, imo integrum volumen per R. P. Cirillum Rubeum Seraphici Ordinis Cappuccinorum sub titulo de Morientium Eleemosinis per sua principia doctè, & elaboratè digestum, attamen nullus adhuc invenitur peculiaris labor, qui controversiam Legati pro Victu eisdem Religiosis relicti ponat in tuto. Itaut cum hujusmodi quæstio per Sacras Congregationes Concilii, & Rev. Fabricæ fuerit decisa contra censuram R. P. A S. Matthia Discalceati S. Theresiæ typis demandatam, & in progressu dissertationis præsentis allegandam, necessarium ferè ductum fuit in gratiam veritatis hanc dissertationem luci tradi, adhoc, ut rejecta tali censura hæredes aut alias quomodocumque adstricti ad solvenda hujusmodi legata pro comperto habeant, ipsos omni jure teneri ad illa adimplenda. Decisio namque dictarum Sacrarum Congregationum uti emanata auditis partibus, & motivis plene discussis adeo jus facit, ut in gratiam Lectoris de his Supremis Senatibus non instructi nil remaneat cogitandum nisi quam quod eorumdem Tribunalium doctissimos, & justissimos votantes breviter enarrare: Allegationes propterea coram Eminentissimis Cardinalibus, & Reverendissimis Prælatis eisdem Sac. Congregationibus præsidentibus absque ulla

varia-

variatione impressas videbis, & experieris, causam fuisse defensam; motiva perpensa, illamque ad metam Justitiæ eamdem redactam, Decisiones Sacr. Rotæ Romanæ, Resolutiones Sacrarum Congregationum, & vota decisiva coram aliis Tribunalibus emanata, & in aliis operibus impressa in hac Dissertatione repetita videbis verum repetitionem illam non objurgabis. Non enim repetita ad alium finem fuerunt, quam si Dissertatio præsens ad manus Religiosi perveniret de dictis libris easdem decisiones præseferentibus destituti, ultro teneretur ad illorum perquisitionem, ob quam rem nostrum institutum ad talem finem tendens, ac ab omni jactantia alienum æqui bonique consulas, & valeas.



§. I.

ELENCHUS

DD. qui de Legatis Mendicantibus relictis verba fecerunt, ac in presenti dissertatione citantur.

* Ca-

Castropalaus tom. 3. tract. 15 disp. 3. punct. 9

Casarubios Alphonsus in compend. Privil. V. Hæreditas.

Cæa in allegatione pro sustinenda fundatione Conventus Victoriæ Paenes Piton. discep. 2.

Cirillus Rubeus vide Rubeus.

Cherubin. in Compend. Bullar. ad const. 115. tom. 1. Schol. 1.

Clavasius in sum. verb legatum 125

Comitulus Respons. Moral. lib. 7. q. 6.

Corduba in Regul. S Franc. cap. 6. quæsit. 11 punct. 2. & 4.

Corneus Consil. 117. lib. 2.

Cotonius in Controvers. lib 4 cont. 6. cap. 1.

Crassus §. Execut. ultim. vol. quæst. 8.

Crousers ad Regul. D. Franc cap. 6. Reg. lect. Parænet. 7.

Cucchius Instit. maior. l. 3. de Regul. tit. 1.

Decius in cap. in præsenti de probat. & consil. 559.

Diana art. 8 tract. 5. resolut. 8. & resolut. moral. part 3. tract. 2 de dubiis Regular. resolut. 33. in coordinat. tom. 7. tract 1. de dub regul. 234.

De Dina Ugo in cap. 4. regula.

Duegnas resolut. 38. limit. p.

Duranus de arte Testa. tit. 1. art. 11. num 2.

Fagnanus in cap. nimis prava de excess. Prælat dist. 3 & 7. & cap in præsent. de probat.

Fano Joan. in discursu suder observant. minoricæ paupert.

Felinus cap. cum dilect. de rescript.

Filiucius tom. 2. tract. 34. cap. 7. & in apendic. de Statu Eccles.

Florianus l. cætera ff. si duobus ff. de legatis.

Fulgosius consil. 104. volum. 3.

Gabriel de legat. lib. 4. cap. 1.

Geminianus consil. 104. seu. 42.

Grassus lib. 1. recept. sent. § legatum. q. 7.

Glemonensis de legibus 3. part. 4. §. 6.

Haroldus in Epitom. Annal. Minor. ad annum Christi 1477. §. 5.

Imola de Testamentis cap. 2.

Lantuscha Theat. regular. verb. bona temporalia, & verb. legatum.

Layman de Just. & Jur. lib. 3. sect. 5. cap 10.

Lezana in sum. tom. 2. cap. 19. quæst. regular. & tom. 1. verb. legata.

Lara in ff. si quis a liber. §. verum. ff. de liberis agnoscen.

Leoncelus de privileg. paup. part 2 privil. 52.

Lorichius Jodonus Thesaur. nov. vtriusq. Theolog. tom. 2. tit. legatum.

Luca Cardinalis de regular. disc. 1. & disc. 35.

Lugo de Just. & Jur. tom. 1. disp. 3. sect. respons. moral. lib. 4. dub. 10.

Mattheuccius in official. cur. tom. 2. c. 9.

Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 8 tit. 6.

Maranta cont. Jur. part. 1. respons. 41. & part. 5 respons. 42.

Menochius consil. 1014.

Miranta in exposit. regul. cap. 65. difficult. 12.

Molfesius in sum. part. 2. tract. 13. cap. 5.

Molina de Jus. & Jur. tom. 1. tract. 2. disp. 195. & 247.

Na-

Navar. consil. lib. 1. consil. 9. sub. tit. de Testam. & lib. 3. consil. 8. & consil 14.
Neapoli P. Joan. in lib. Pontific. const. ordin. fol. 190. 191. & 378.
Nicol. in floscul. verb. legatum & verb. observantia.
Navar. in summa Bullar. part. 2. com. 110.
Novar. lucerna regular. v. Testamenti executor.
Pa'ude Petrus in relat. ad Magist. ordin.
Panormitanus Abbas in cap. nimis prava de exces. Prælat. & consil. 27 38. 63. lib. 2.
Parisius cap. in præsent. de rebat.
Pasqualig. de Sacrif. Missæ q. 1091.
Petra R. P. D. Vincentius in comm. ad const. 2. Honory. 111. sect. 4.
Pelagius Alvarus de planct. Eccles. cap. 66.
Pelizarius manual. tom. p. tract. 4. de vot. regul. cap. 2. sect. 2.
Peregrin. de Jure fisci lib. 3. tit. 18.
Piso Taddeus lib. 1. var. resol. cap. 11.
Pisis Bartolomeus lib 1. conformit. fruct. conf. 9. part. 2. & in expos. cap. 4.
Pignatellus tom. 3. consult. 16 & tom. 8 consult. 46.
Pinheir de Testamentis tom. 2. disp. 5. sect. 2. §. 2.
Politous ad regulam D. Franc. cap. 6.
Pitonius discept. 2.
Portellus in dub regul. verb. legatum & respons. moral. p. 2. cas. 24.
Quaranta in summa Bullar. verb. fabrica.
Quæsada quæst. var. Jur. cap. 22 & 25.
Rebuffus de privilegiis scolasticor. privileg. 91.
Redoanus de Spoliis Ecclesiæ q. 8.
Ribadeneira Instit. soc. Jes. cap. 13.
Ricciullus de Jure personarum lib. 8. cap. 9.
Rodriguez Emanuel quæst. regular. tom. 2. q. 120. art. 5. & q. 137. art. 4. &. tom 3. quæst. 67. art. 8.
Rodriguez Hieronimus quæst. regular. resolut. 88.
Rubeus Cirillus de morientium Eleemosinis consil. unico per tot.
Sabell. in summa §. legatum.
Sa in summa v. census.
Sanchez in decalogo lib. 7. cap. 25. & tom. 2. cap. 16.
Santes Romanus Tesaurarius in cap. 6. regulæ D. Franc.
Sangeminianus consil. 40.
Senensis Fidericus consil. 175. alias 180. & 12. & in cap. possessor. malæ fidei dè regul. Jur. 126.
Serena conscient. quæst. 10.
Silvester in summa verb. legatum 2.
Spina peculiar. testam. glos. 12.
Soccin. de oblat. lib. 8. & consil. 217. vol. 4.
Sorbus compend. privileg. § legat. & hereditas.
Starbanus Jun. resolut. forens. cent. 2. resolut. 162.
Suarez de relig. lib. 8. cap. 17. & tom 4. lib. 4. cap. 9.
Tabiena in summa v. legatum 4.
Taxeda in theolog. moral. tom. 1. lib. 2. tract. 2. dub. 4. cont. 17.

Tom.

Torre de pactis futur. succ. lib. 2. cap. 36.
Toricellus oper. moral. in formul. Testam. tom. 1. tract. 2.
Tuscus v. legatarius conclus. 47. & 109.
Turrian. 22. 2. 2. disp. 84. dub. 35.

Ubaldus in quodlibet regular. quodlib. 11. dub. 11.
Vespignanus in privileg fabricæ.
Villalobos in summ. part. 2. tract. 35. difficult. 33.

Zabarella Cardinalis in Clement. Exivi de verbor. significat.

Ximenius Joan. in cap. 6. regulæ D. Francisci

Textus Constitutiones & Decisiones.

Clementina exivi de verbor. sign.
C. exiit. de verbor. sig. in 6.
Extravag. quorumdam, & ad conditorem. eod.
Constit. Gregor. 13. Martini 4. Pauli 4. Innocentii 11.
In Histor. Ordin. Seraph. tom. 4.

Clementis 8 la 101. in Bullar. Relig. §. 4.
Urbani 8. super confirmatione erectionis Conventus Victoricæ 10. Kal. Augusti 1635.

Rota Romana in Merlino decis. 456. 365. p. 5 Rec. coram Burat. ubi Adden. decis. 245. & 756. coram Caval. decis. 212.
Coram Cerro decis. 319 & decis. 26. part. 11.
Coram Reverendissimo Emeriz decis. 1219. & 1326.

Decis. coram Pannimolla decis. 60. adnot. 3.
Riccia decis. 292. part. 3.
Guido Papa cum Adde. decis. 327.
Tristano decis. 69.

Capitula Generalia Ordinis Toletan. de anno 1504.
Burgense de anno 1523.
Assisiense de anno 1526.
Barchinonense de anno 1541.
Segobiense de anno 1611.
Roman. de annis 1603. & 1628.
Relat. in Historia Ordinis Seraph tom. 4.

§. I.

Præponitur Status Controversiæ circa annuam præstationem legati relicti pro victu Religiosis D. Francisci Ordinis Seraphici.

1 OCcasione legati sub ratione eleemosinæ relictæ per Fabritium Pinto Religiosis D. Francisci gravis orta fuit controversia inter eosdem Religiosos & RR. PP. Carmelitas Discalceatos hæredes ejusdem Fabritii, ob quam rem sub die 14. Junii 1504. fuit proposita Causa in S. Congregatione Concilii, & resoluta cum rescripto *Observetur Decretum Congregationis Fabricæ sub die* 14. *Fe-*
2 *bruarii* 1633. Attamen renuentibus PP. Carmelitanis dictæ resolutioni executionem dare, propterea causa ex motivis in infrascripta allegatione deductis devoluta fuit ad S. Congregationem R. Fabricæ, quæ fuit in consimili voto.
3 demùm cum necessaria Sententia & Mandato executivo expedito & terminato: Ob quam rem deducuntur allegationes hinc inde per partes coram dictis supremis Tribunalibus præsentatæ, quarum infrascripta est illa, quæ fuit distributa sub dicta die 14 Junii 1504. coram S. Congregatione Concilii ad instantiam Sindicorum Apostolicorum pro Religiosis Mendicantibus legatariis jura tuentium.

Salernitana Eleemosynarum Stantibus &c. Dub. An legatum sit præstandum in casu &c.

4 EMinentissime Domine Jurisconsultus Fabritius Pinto in suo testamento hæredes nominavit Patres Carmelitas Discalceatos, illis expressè injungendo, ut quolibet die tenerentur tradere eleemosynam Capuccinis, Minoribus, & Reformatis ad rationem granorum quinque, ad hoc, ut isti cum dicta eleemosyna conflante summam diurnam trium miserabilium bononenorum nostræ monetæ possent emere tot herbas, & occurrere ipsorum mendicitati cursu plurium annorum per eumdem Testatorem observatæ.

 5 Rece-

5 Receperunt, & acceptarunt PP. hæredes opulentam hære-
ditatem aſcendentem ad ſcuta 20000. circitèr: verùm re-
nuerunt, & renuunt eleemoſynas per Teſtatorem injun-
ctas adimplere, & quod pluseſt, ad eludendum Judicium
per Commiſſarium Fabricæ in partibus introductum re-
curſum habuerunt ad Sanctiſſimum, ut dignaretur decla-
rare, ipſos non teneri ad faciendas hujuſmodi eleemoſy-
nas, & obtento reſcripto directo huic noſtro Sacro, & Su-
premo Tribunali cum citatione Camerali PP. Mendican-
6 tes excitaverunt, quorum vices ſubſtinentes Syndici Apo-
ſtolici, tamquam plures de populo ſunt coacti ſupplicare
reſcribi legata, ſeu eleemoſynas eſſe præſtandas, & pro-
pterea injungendum eſſe Archiepiſcopo Salernitano, ut
ad executionem teſtamenti procedat. Ex quo quilibet hæ-
res tenetur adimplere pias diſpoſitiones, & onera Teſta-
toris ex *Text. in l. hæred. in fin. ff. de petit. hæred. Bart. in l.
Civitat. num 5 ff de legib. & in Tract. Minor. lib. 2. diſ 7.
7 num 41.*, & innumeri *DD.* congeſti per *Rotam in celebri
Turritana Eleemoſynarum* 10 *Januarii* 1695. *&* 6. *Aprilis*
1696 *impreſs. poſt Card. de Luca ad materiam de legatis ſe-
cundùm impreſs. Lugdunen. deciſ.* 1. *&* 2. *& inter deciſ. R. P.
D. Emerix Decani la* 1219. *num.* 10. *&* 11. *reſpectivè*. Ubi
in terminis eleemoſynarum relictarum PP. Mendicanti-
bus firmatum fuit hæredes auctoritate Pontificali per Ju-
dices interponentes ipſorum authoritatem, vel ex officio,
vel ad inſtantiam etiam cujuslibet de populo eſſe cogen-
dos pro adimplemento piarum diſpoſitionum Teſtatoris.
8 Neque obſtat unicum fundamentum Partis Adverſæ inni-
xum ſuper incapacitate dictorum Monaſteriorum, quæ ex
Conſtitutione ſa. me. Urbani VIII. relat. per *Fagnan. in
cap. nimis parva num.* 54. *de exceſſ. Prælat.* non poſſunt ob-
tinere perpetua legata pro victu, verùm illa ſunt extin-
guenda, & pretium redigendum in uſus fabricæ, Sacri-
ſtiæ, vel eorumdem Fratrum, prout reſultat à relatione
Ordinarii exaduersò forsàn danda, & prout ſunt parati
facere PP. hæredes Adverſarii, cum ita liqueat à ſupplici
libello dato huic Sac. Congregationi ſub die 15. Septem-
bris 1703. in quo petita fuit licentia alienandi Argenta, &
Tabulas pictas, ad hoc, ut poſſit adimpleri voluntas Te-
ſtatoris

ftatoris faniori modo quo poſſet, mediante etiam quadam tranſactione pro una vice tantùm facienda per eoſdem hæredes cum PP. in teſtamento nominatis, adimplementum propriis ideis, & reſolutionibus meditantes.

9 Quia, etſi tranſactis temporibus dubium ſuper hujuſmodi legatis potuerit oriri, ac ſuper capacitate, vel incapacitate Monaſteriorum, noſtris temporibus tot, tantiſque Sacrarum Congregationum reſolutionibus illuſtratis res ulteriorem non requirit diſcuſſionem, cum jam reſtat deciſum, legata relicta Fratribus Mendicantibus per viam puræ, ſimplicis, & manualis eleemoſynæ deberi per hæredes, cum qua opinione deceſſit idem Teſtator Juriſconſultus, opinionem declarando, & DD. allegando, & nos reſolutum invenimus per declarationes factas à D. Bonaventura in Statutis Ordinis, & à Congregatione Rev. Fabricæ adductas per *Lantuſcam in Theatro Regularium verb.*

10 *Legatum num.* 4. *& ſeq.* ac etiam à reſolutionibus S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, Tribunalis A. C. canonizatis per Signaturam, & adductis per Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum celebratum in Provincia Cantabriæ ſub die 29. Maii 1694. & impreſs. Matriti allegat. per *Matthæuc in Officiali Curiæ cap.* 9. *num.* 10. *&* 11. & ita paritèr aliàs reſoluit hæc noſtra Sacra Congregatio Concilii, ad favorem Ven. Conventus de Aracœli in terminis fortioribus donationis factæ pro pane albo ſubminiſtrando Infirmariæ allegat. per *eumdem Lantuſc. loc. cit.* ubi per extenſum decretum videtur impreſſum. Et ulteriùs Sac. Congregatio Epiſcoporum contra R. Abb. Caſſinenſem favore Cappuccinorum ſub die 21. Novembris

11 1698. ita reſoluit. *Non poſſe impediri hæredes quin ſoluant, & PP. quin recipiant, ſervata forma decretorum Fabricæ, atque ſan.me. Urbani VIII. probibitione R. P. D. Auditoris Cameræ non obſtante*, & diſtinguendo legatum à legato factum Mendicantibus firmat plura allegando *Pignatel. tom.* 3. *conſult.* 16 *num.* 1. *&* 8.

12 Omnia, quæ adverſo adduci poſſunt non ſunt applicabilia caſui noſtro in quo Teſtator non reliquit legatum PP. Mendicantibus modo illicito, itaut à tali pia diſpoſitione aliquod jus ad rem ſivè in re præſeferens dominium, &

possessionem bonorum oriatur repugnans Sacro Instituto
Mendicantium. Verùm gravavit hæredes, & illis reliquit
hæreditatem cum onere faciendi eleemosynam de die in
diem, in quo casu Mendicantes nihil dicuntur acquirere,
verùm hæredes dicuntur gravati ad eleemosynam ipsis in-
junctam in conscientia adimplendam, & solvendam, ita-
ut cum talis obligatio sit in hærede, tam Syndicus Aposto-
licus, quàm quilibet de populo potest comparere, & implo-
rare Officium Judicis, seù potiùs ordinarii Executoris pia-
rum dispositionum, adhoc ut iste demandet executionem
Testamenti, & adimpleatur mens Testatoris uti materia
13 fusè discussa resolutum extat per Sac. Rotam *in allegata*
Turitana Eleemosynarum 10. *Januarii* 1695. *num.* 11. *cum seq.*
& 6. *Aprilis* 1696. *num.* 10. *cum sequen.*

14 Alias si talem eleemosynam non deberi per PP. Hæredes di-
ceremus ex motivo incapacitatis Mendicantium dicendum
etiam esset Præfectos domorum Magnatum obligatos tra-
dere eleemosynas ex præcepto, & ordine dominorum, &
illas tradere recusantes, seù fraudantes non posse cogi ad
adimplendum onus illis injunctum, quod non venit di-
cendum. Si igitur Testator gravavit hæredes, ut faciant
eleemosynam, & distribuant minimam portionem suo-
15 rum bonorum ad commodum Mendicantium, tale gra-
vamen non venit cum frigido motivo incapacitatis elu-
dendum, cum Mendicantes non dicantur incapaces elee-
mosynarum verum sunt incapaces legatorum modo illi-
cito relictorum, & transferentium dominium, & posses-
sionem bonorum penès Mendicantes præfatos, uti ad sa-
tietatem fuit firmatum.

Quarè &c.

Petrus Marcellinus de Luccia.

16 *Informatio data in eadem S. Congreg. Concilii Pro RR. PP.*
Theresianis sub die 14 *Junii* 1504.
Salernitana Legati.

17 EMinentissime, & Reverendissime Domine. In supremo,
cum quo decessit elogio Fabricius Pintus hæredes sibi
scripsit Patres Discalceatores S. Theresiæ Civitatis Salerni,
legata-

legatarios autem reliquit Patres de Observantia PP. Cappuccinos, & PP. Reformatos ejusdem Civitatis in granis quinque prò quolibet Monasterio, singulis diebus prò victus portione præstandis. Et quoniam dubitavit, an præfati legatarii d. redditum acquirere potuissent in casu incapacitatis per hæc verba disposuit -- *mà quando per mia disgrazia di non partecipare di questa carità essi Padri non fussero capaci, ò pretendesse la Fabrica subentrare in questo Legato in tal caso annullo invalido, e dò per irrito, non scritto, non fatto detto Legato &c* ut latus ex particula testamenti *Summ. num. 1.*

18 Sequuto ejusdem Testatoris obitu, cum PP. Legatarii Adversarii, sive per se, sive per suos Syndicos Apostolicos consequi curaverint solutionem prædicti Legati *Summ. num.* 2. 3. hinc PP. Discalceati Principales mei ad effectum se eximendi à præfatis vexationibus obtinuerunt à Sanctissimo Domino Nostro causæ decisionem remitti ad hanc Sacram Congregationem *Summ. num.* 4. Superventa itaque informatione Reverendissimi Ordinarii *Summ. num.* 5. cum disputari contingat præinsertum dubium confidimus ex summa EE. PP. Justitia, & benignitate esse *negativè* resolvendum, prout humillime supplicamus.

19 Notissima etenim incapacitas PP. adversariorum ex Regula Seraphici Patriarchæ descendens, qua omnimodè prohibentur quidquam acquirere, & possidere in eversionem arctissimæ paupertatis, qua tantum suos Filios, exemplo Christi Domini potentos esse præscripsit cap. 6. ut in *Summ. num.* 6. cujus dispositio non solum sibi vindicat in bonis stabilibus, sed suas vires quoque porrigit ad annuos redditus, cum hi inter immobilia recenseantur, & eorum acquisitio paupertatis, & mendicitati repugnet juxta puntualissimum *tex. in Clemen. Exivi §. cumque annui redditus de verbor. signif.*

20 Ideoque indubitanter sub ea comprehenditur legatum controversum, maximè, quia illud à nostro Testatore destinatum fuit pro quotidiano victu, ut patet ex Testamento ibi -- *per pietanza di Minestra* -- exinde namque magis læderetur mendicitas, & paupertas in Regulis exoptata cum si alias Patres Adversarii essent creditores dictæ quotidia-

ræ præstationis victui applicandæ, dici non valeret eorum substentationem pendere ab incerta quæstuatione, quæ præcipuè commendata fuit pro alimentis in quorum defectu magis consideratur, & residet asperitas regulæ, & meritum quæstuationis, magisque divinæ Providentiæ munera effulgent, ut patet ex lectura præcitatæ regulæ *Summ num* 6. & comprobant *glos. in cap quorumd. & mendic.*
21 *de elect in* 6 *& in cap.* 1. *de relig. domib. Bartol. tract minor. quæst lib* 2. *dist* 6 *cap.* 1. *num* 32. *Anchar. in clem. exivi num.* 21 *in fine, &* 22 *in principio, & in cap de relig domib num.* 6. *Abb in cap. nimis il* 2. *sub num* 2. *de excessu Prælat. Fagnan in cap. nimis prava de excess. præl. sub num* 26. *Politor. Capuccinus sub Regul. S. Francisci cap.* 6. *num.* 59 ubi testatur Capuccinos non esse admitendos ad hujusmodi Legatorum perceptionem, *Santes Thesaurus pariter Capuccinus super eadem regula cap.* 6. qui asserit emanatam fuisse constitutionem à san. mem. Leon. X. prohibentem receptionem hujusmodi legati *Rota decis* 456. *num.* 25. *coram Merlin. & decis.* 758. *num* 25. *coram Burat. & decis.* 1326. *num.* 2. *coram Emerix.*

22 Et quamvis Pius disponens hunc rigorem mitiorem reddere intenderit, ut declaravit in illis verbis -- *mentre hò conosciuto quanto stentano, e s'affatigano detti Padri in cercar carità per detta minestra &c.* -- hæc tamen reflexio non habilitat Adversarios ad consequutionem Legati, quia Ordinum sanctiones tàm sedulò conditæ, & tàm religiosè successivis temporibus observatæ destrui non valent ex dispositionibus privatorum, præsertim in nostra hypotesi, ubi Testatoris provisio penitus adversatur dictæ Regulæ, cujus finis præcipuè residet in incerta eleemosynarum quæstuatione non sine verecundia, difficultatibus, & labore, ut observant *Castropal. tom.* 3 *tract* 15. *disp.* 3. *puncto* 9. *num* 19. *Castil. de alimen cap.* 5. *num.* 29 *Torre de pact. futu. success. lib.* 2. *cap* 36. *num.* 81. *Sanchez de præcep. decalog. lib* 7. *cap* 26. *num.* 47. *& seqq. Rot. dicta decis* 1326. *num.* 2 *coram Emerix.*

23 Exinde igitur manifestum redditur præfatum legatum esse omnino indebitum, nec obstat, quod relictum fuit per viam quotidianæ eleemosynæ. Tum quia Patres Adversarii illius eleemosynæ sunt capaces, quæ eis à sponte dantibus offerretur, at non æque possunt sub hoc permisso, & specioso

ſpecioſo titulo certam quantitatem in perpetuum prætendere, & ad præſtationem Patres Principales compellere, quia in his circumſtantiis eleemoſyna conſiſteret in puro nomine, & de cætero ejus ſubſtantia annihilaretur, & tranſiret in purum creditum, cum admiſſa in eis actione petendi quantitatem legatam, ejus præſtatio non amplius dependeret ab incerta tradentis voluntate, & charitate, quod eſt conſtitutivum eleemoſynæ, ut in terminis tradunt. *Pignatell. conſ.* 16. *num.* 6 *tom.* 3. ubi refert decretum hujus Sacr. Congreg. quod nos per extenſum damus *Summ. num* 7.

24 *Lezan. opera moralia tom* 1. *verb. legata num.* 21 *Sanchez. ad præcept. decalog. dict. cap* 26 *num.* 44. *Marant. controv.* 41 *nu.* 70. *tom.* 1. *Rota coram Emerix deciſ.* 1326. *§ demum quo ad reliqua ſub num* 8. Ex quo patet reſponſio ad animaduerſionem Ordinarii exaratam in epiſtola huic Sacræ Congregationi tranſmiſſa, quod nempe Teſtator, dum vivebat hanc quantitatem præſtare conſueverit; cum enim ipſe potuerit quandocumque ab hac præſtatione recedere, abſque eo, quod Adverſarii illum ad continuationem adſtringere voluiſſent. Ita quoque noſtrum Monaſterium hæres, qui ſuum authorem in omnibus repræſentat non poterit ad coactivam ſolutionem compelli, ſed retento eodem themate libertatem habet ſubminiſtrandi eleemoſynam illamque admittendi abſque eo quod de illius denegatione PP. Adverſarii conqueri poſſint *Barboſ. in clem exivi num.* 20 *& de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 27 *num* 77. *Fagn. in cap nimis prava num.* 56. *de exceſſ. prælat. Sanchez de præcept. decalog.*

25 *lib.* 7. *cap* 26. *num* 49. *Lezzan. in ſumm. verſic. legat relict. regul. num* 21. *& in mare magnum minor. num.* 121. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num* 70. *Card. de Luc. de regul. diſ* 35 *num* 17. *add. ad Burat. dec.* 756. *num.* 15. *Merlin. dec.* 456. *num.* 15. *Emerix deciſ* 1326. *num.* 10.

26 Minuſque relevat tenuitas legati exaduerſo in ſupplici libello exagerata. Hoc enim objectum non ſubſiſtit in facto, neque relevat in jure, non habet ſubſiſtentiam in facto, quia legatum aſcendit ad annuos legatos quinquaginta quatuor, quæ quantitas dici non poteſt exigua reſpectu hæreditatis à Principalibus poſſeſſæ, non etiam relevat in jure quoniam PP. Adverſarii ſunt cujuſcumque reddituss

 etiam

etiam minimi incapaces, nam alias si tolerabiles essent exi-
guæ acquisitiones, cum hæc facillimè caolescere possint,
& inde ex pluribus redditibus pauci momenti PP. Ad-
versarii de integra alimonia tuti redderentur facillimè
everteretur paupertatis ordo, qui in omnimoda bonorum,
& redituum carentia subsistit, & in terminis *Bartol. in
tract minor lib. 2. dist. 6. cap. 6 Socc. de oblat. libel 8. num. 85 &*
27 *seq Tiraquel. de judic. in reb exiguis num. 158. vers 55 Cordub.
in Regula S. Francisci cap 6. quæst 11. punct 3 Sorb. in com-
pend. Privileg. mendic. verb: legat. versic. si vero Barbos. in
clemen. exivi num. 16. Burat. decis. 716 num* 21. cum ibi
cumulatis.

28 Comprobato ex premissis, quod PP. Adversarii incapaces
existant controversæ præstationis inutiliter recurrunt ad
aliud motivum deductum in supplici eorum libello, &
in eo sistens, quod quamvis ipsi ratione eorum incapaci-
tatis actionem non habeant petendi Legatum, adhuc PP.
Principales ad illius solutionem teneantur saltem in foro
conscientiæ, & in obsequium voluntatis Testatoris, quæ
circa Legatorum præstationem debet ex æquitate Cano-
nica adimpleri, sicut inspecto rigore juris hæres eam serva-
re non teneretur. Hæc namque Canonistarum, & Theo-
logorum traditio in eo tantum casu procedere posset, quo
Legatum esset indebitum ex aliqua causa extrinseca, puta
si in Testamento, in quo illud continetur pateretur ali-
quem defectum circa solemnitates, aut si hæres certo sci-
visset Defuncti voluntatem aliud in judicio non constaret,
quia in his, & similibus casibus (in quibus tamen con-
clusio non sine discrimine inter scribentes recipitur) Le-
gatum fieri potest debitum ex solo hæredis placito, aut
confessione. At in præsenti ubi Legatum ratione incapaci-
tatis Legatariorum non dependet à voluntate Testatoris,
neque vires sumere valet ex consensu hæredis, cum neuter
valuerit derogare Regulis Religionis Sacris Canonibus, &
Constitutionibus Apostolicis, innapplicabilis redditur con-
clusio in objecto allegata, & dispositio ex defectu subjecti
capacis tamquam collata in personas omnino inhabiles
evanescit, & habetur ac si scripta non fuisset. *Navarr.*
29 *consil. 14. num. 8. sub tit. de testam. Surdus de aliment. tit.* 15.
quæst.

quæst. 4.*num.* 13.*Corduba in. Regula S. Francisci cap* 6. *quæst.* 11.*punct.*4. *num* 2. & juxta hunc sensum rescripserunt EE. PP. hujus Sacræ Congregationis in decretis generalibus *sub dist.* 4 *relat. à Fagnan. in cap. nimis prav. de excessu prælat. num* 46.

30 Idque potiori jure venit in præsenti hypotesi recipiendum, ubi ea peculiaris facti circumstantia concurrit, quod noster Testator in casu incapacitatis PP. Adversariorum Legatum ademit, illudque in incrementum hæreditatis cedere jussit, ut exposuimus in principio. Hac enim stante provisione legatum est penitus indebitum, etiam in foro conscientiæ, & inspectè nuda, & simplici Testatoris voluntate, quia hæc cum non militet ad favorem adversariorum, nisi sub conditione eorum capacitatis legatum, ea igitur non verificata dispositio evanuit, & locus factus fuit admissioni nostrorum Principalium in eodem testa-

31 mento specifice demandatæ juxta *text. in cap. verborum de condict. apposit. l. si quis fund. ff. de contrahen. empt. Abb. in cap. const. num.* 8. *de rescript. Roland cons.* 58. *num.* 14. & *seq. lib.* 3.

32 Et perperam denique instantia substineri prætenditur sub prætextu, quod non agant ipsimet Adversarii, quibus obstat paupertatis exceptio, sed tamen eorum Syndici Apostolici, qui pluries in judicio admittuntur ad petitionem legatorum juxta authoritates exaduerso allegandas. Etenim Syndici prædicti, cum agant Religiosorum nomine admitti non possunt ad petendum id, quod ipsimet Religiosi petere prohibentur, ut advertunt. *Fagnan. in d. cap. nimis prava num* 53. *Maran. cons.* 41. *vers fin. num. final. Rot. cor. Emerix d. dec.* 1326. *sub num.* 10. *versic. non possunt fratres*.

33 Neque etiam exaudiri promerentur, tamquam singuli de populo, quia cum hæ extraneæ personæ pro se ipsis acquirere non possint, sed totum commodum in PP. Adversarios refundere teneantur hinc fit, quod utilitas eorum adversariorum esset certa, sicque per indirectum eluderetur obligatio vivendi sub paupertate, & mendicitate quod nullatenus venit permittendum, ut firmant in terminis *Marant. d. resp.* 41. *num.* 73. *Pignat. cons.* 16. *num.* 6. *vers.*

vers. sane tom. 3. *Emerix d. dec.* 1326. *num.* 11. Quorum traditio indubitanter procedit in casu nostro ubi agitur de legato relicto pro victu ipsorummet Regularium, in cujus distributione cum non resideat principaliter divini cultus observantia, nemo umquam asservit posse hæredem per suppositas personas ad illius præstationem adstringi. Quare &c.

Xaverius Spinelli.

SUMMARIUM.

34 FO' fede Io sotto Ordinario Mastro d'Atti della Regia Corte di questa Città di Salerno, come havendo ricevuto la copia autentica in forma valida del Testamento &c. del q. Dottore Signor Fabritio Pinto esistente negl' Atti del Preambolo &c. chiuso, e sigillato sotto il dì 6. Luglio 1699. &c. & aperto &c. a' 26. Decembre dell'anno 1701. nel quale instituì suo Erede universale, e particolare il Monastero di S. Teresa di questa Città de Carmelitani Scalzi, e fra gl'altri fè gl' infrascritti legati, videlicet.

35 Mà anco lascio, che *pagbino* ogni giorno elemosynaliter *per pietanza di Minestra*, & altro loro necessario grana cinque *alli PP. Capuccini*, altre grana cinque alli PP di S. Lorenzo, & altre grana cinque alli PP. di S. Nicolò del Monastero, non dell'Infermaria di questa Città, *mentre in tanti anni hò conosciuto quanto stentano, s'affatigano detti PP, e loro Cercanti in trovare carità per Minestra, & altri loro bisogni*, quale legato per pietanza può farseli, & essi ne sono capaci, come discorrono li DD. Morali; ne repugna alla loro Regola per essere elemosina, che se li dà per vivere ogni giorno, e la mia memoria non erra oltre tante autorità vi è una puntuale dottrina del Baldo riferita dal Bartolino verbo legatum. *Mà quando per mia disgrazia di non*
36 *potere participare di questa carità essi PP. non fussero capaci, e pretendesse la Fabrica subentrare in questo legato* in tal caso annullo, invalido, e dò per irrito, non scritto, ne fatto detto legato, non volendo, che essa Fabrica acquisti nessun

34 Num. 1. *Particula legati ad favorem Patruum Adversariorum fact. per Fabritium Pintum.*

nessun justo, mà che come non fatto ne disposto restino libero à detto Monastero Erede, e suoi PP. sodisfare ogni giorno, e pagare detta Carità à nessun'altro, che non solo ad essi PP., à chi elemosinaliter l'hò lasciato, e così ordino, e voglio s'esegua ne altro modo salvo &c. & in fidem ego qui supra &c. Salerni die 10. mensis Januarii 1703.

Franciscus Ferrante Notarius.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

37 Pietro Marcellino di Luccia della Provincia di Salerno nel Regno di Napoli, sapendo che il q. Dottor Fabritio Pinto nel suo ultimo Testamento rogato sotto li 26. Luglio 1701. & aperto sotto li 26. Decembre del detto anno havesse lasciato Erede universale in tutto il suo Patrimonio ascendente à ducati 2000. in circa il Monastero di S. Teresa di detta Città con obligo, e peso di pagare per via d'elemosina grana cinque ogni giorno alli PP. Capuccini, PP. dell'Osservanza, e Minore Osservanza detti del Monastrero di S. Lorenzo, come risulta dal Testamento del tenore seguente &c.

Sequitur particula legati, ut supra.

38 E perche detti PP. di S. Teresa con gran scandalo della Città ricusano adempire la volontà del Testatore, quale precisamente hà lasciato detta ricca, e fruttifera Eredità con detto peso annesso, come si fà costare all'EE. VV. con publica, e legale giustificazione, col pretesto, che detti PP. sono incapaci del legato sudetto, quando è una mera elemosina, e in tutto non arriva al valore di tre bajocchi della nostra moneta Romana il giorno per Monastero, e così vogliono deludere il peso intrinseco, che loro hanno detta Eredità, e defraudare la pia volontà del Testatore.

39 Ricorre per tanto l'Oratore come uno del Popolo, e supplica l'EE. VV. acciò si degnino *ordinare all' Arcivescovo* di Salerno Esequutore di detta pia disposizione, *che costringa* i PP. Teresiani à fare detta Carità &c.

In

37 Num. 2. *Instantia partis adversæ in Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium.*

40 In virtù del retroscritto ordine del Reverendissimo &c. Vicario Generale fò fede Io Gioseppe d'Alessio della Città di Salerno &c. Ordinario Mastro d'Atti nella Corte Arcivescovale di detta Città, qualmente dal Reverendo P. Guardiano di S. Nicola de Minori Osservanti di questa Città fù presentata lettera della Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari in datta delli 7. Settembre 1703. con Memoriale dato alla medesima in nome di Pietro Marcellino di Luccia per il legato fatto del quotidiano vitto dal q. Dottore Fabritio Pinto à favore de i PP. Osservanti, e Reformati di S. Francesco, e Capuccini di questa Città di Salerno, e tanto da detti PP. Osservanti, quanto da'PP. Capuccini, e Reformati si è assistito per il disbrigo della Relazione da farsi in detta Sacra Congregazione à tenore &c.

SANTISSIMO PADRE.

41 Il Priore, e PP. Carmelitani Scalzi della Città di Salerno humilmente a'piedi della S.V. rappresentano, come il q. Fabritio Pinto di d. Città instituì Eredi gl'Oratori sopra tutti li suoi beni, e li gravò di molti legati trà li quali ordinò da pagarsi per pietanza alli PP. Capucini cinque grana il giorno, & alli PP. di S. Lorenzo altre grana cinque, & altre grana cinque alli PP. di S. Nicolò per la sudetta causa dell'istessa Città tutti trè PP. dell'Osservanza di S. Francesco, che importano 15. grana il giorno, e caso, che per l'incapacità di detta Religione Osservanza non si potesse pagare detto legato dagl'Oratori, che s'intenda per non fatto annullandolo, & irritandolo, come il tutto appare da publico Testamento fatto sotto li 9. Luglio 1699. con espresso patto, che in conto veruno non possa ne debba subentrare la Reverenda Fabrica in loco di detti Padri di San Francesco. Onde gl'Oratori supplicano la somma bontà della S.V. (se stante li decreti generali della Sacra
42 Congregazione del Concilio riferiti da *Fagn. in cap. nim. pra. de excess. prælat.* dove ordina, che detti PP. non possano

40 Num. 3. *Instantiam Adversariorum in Curia Salernitana.*

41 Num. 4. *Memoriale pro parte PP. hæredum porrectum ad pedes Sanctissimi.*

ſano ricevere detti legati perpetui per il loro vitto) ſi voglia degnare commettere à quella Sacra Congregazione, che parerà alla S. V., dichiarare ſe ſiino tenuti gl'Oratori pagare detti annui legati, e non pagandoli poſſa ſubentrare la Fabrica, la quale viene in tutto, e per tutto eſcluſa dal Teſtatore. Che &c.

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Patroni Colendiſſimi.

43 Dignatæ fuere EE. VV. cum litteris ſub datum 21. Aprilis currentis anni benignè mihi remittere preces eidem Sac. Congregat. porrectas nomine Prioris, & Fratrum Conventus Carmelitarum Diſcalceatorum hujus Civitatis, ut diſtinctè ſuper illis inſtructas EE. VV. animi mei ſententiam aperirem. Exponunt enim ipſos Inſtitutos fuiſſe hæredes univerſales à q. Fabritio Pinto, quem inter alia, legatum PP. S. Franciſci de Obſervantia, ac PP. Strictioris Obſervantiæ, & PP. Capuccinis reliquiſſe perpetuo granorum quinque prò quolibet Conventu, cauſa Pulmenti, & in caſu incapacitatis legatariorum non poſſe Rev. Fabricam aliquid prætendere, qua de re declarare petunt ſuper hujuſmodi capacitate, & non in caſu contrario Rev. Fabr. acquiratur legatum.

44 Omni igitur, qua convenit reverentia, humillime EE. VV. refero veritate niti q. V. J. D. Fabritium Pinto in ſuis ultimis Tabulis, & aſſe Oratorem Conventum hæredem inſtituiſſe, præterquam in aliquibus bonis ſtabilibus, ac mobilibus pariter titulo hæreditario in uſufructu ſuæ Sorori relictis, iiſdem Tabulis favore Conventuum S. Nicolai de Parla Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, Sancti Laurentii Reformatorum ſtrictioris Obſervantiæ ejuſdem Ordinis, & Capuccinorum hujuſmet Civitatis obulos quinque ſingulis diebus in perpetuum ſingulatim applicandos pro quotidiano pulmento legaſſe, quorum ſumma in totum quot annis aſcendit ad ducatos quinquaginta quatuor monetæ hujus Regni. Et quamvis Teſtator præfatus ita

44 Num. 5. *Relatio facta ad hanc S. Congregat. per Reverendiſſ. Ordinarium Salernitanum.*

ita legasset, in ipso tamen testandi actu de ejusdem Legati subsistentia dictorumque Conventum capacitate hæsitando, ac hæsitationem ipsam exprimendo præcipuit, quod in casu incapacitatis legatariorum non posset Reverendæ Fabricæ Tribunal, nec aliquid adipisci, nec legatum recognoscere, sed legatum ipsum, ac si non esset scriptum haberetur illud irritando, prout ex ipsa particula Legati, quam in forma valida EE. VV. una cum iisdem precibus transmitto conjunctam, apertè liquet. igitur Oratores ad hoc, ut adamussim Testatoris exequi valeant dispositionem dubitando de legatariorum Convent. capacitate fræ-
45 ti Apostolicis Constitutionibus Urbani VIII. relat. per *Fagnan. in cap. nimis prav. num.* 54. *de excess. Prælat.* aliisque EE. VV. notis, quibus perpetuè legata prò victibus mendicantibus acquiri prohibentur nisi ad effectum illa estinguendi, & illorum pretium in usu Fabricæ, vel Sacristiæ erogandi nisi cum renuerunt Sacræ illius Congregat. Oraculo legatum satisfacere. In contrarium verò Mendicantes asserunt capaces esse relicto tamquam legato quotidianæ eleemosinæ absque ulla proprietatis acquisitione, quod sicut Testator elargiri poterat sic, & hæres ipse gravatus præstare valet. Cæterum prudentissimo Judicio EE. VV. quarum S. Vestium fimbrias humillime deosculor meum sensum subiicio.

Salerni 7. Septembris 1703.

EE. VV.

Humillissimus Servus Obsequentissimus, & Aditissimus

F. Bonaventura Arcbiep. Salernitanus.

Quod Fratres nihil sibi approprient, & de eleemosina petenda, & de Fratribus infirmis.

CAPITOLO VI.

46 FRatres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini, & advenæ in hoc sæculo

46 Num. 6. *Capitulum 6. Regulæ Seraphicæ Religionis.*

fæculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro eleemosina confidenter, nec oportet eas verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos Fratres meos hæredes, & Reges Regni instituit pauperes rebus fecit virtutibus sublimavit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viventium. Cui dilectissimi Fratres totaliter inhærentes nihil aliud pro nomine Domini Nostri Jesu Christi in perpetuum in Cœlo habere velitis &c.

Spoletana Legati.

47 Ex dispositione q. Francisci Campelli in suo ultimo sub quo ab humanis decessit Testamento facta, tenentur ejus hæredes tradere Conventui Fratuum Minor. de Observ. Civitatis Spoletanæ scuta tercentum in censibus investienda cum onere dd. Fratribus celebrandis per centum annos, ex fructibus dd. censuum tot Missas in suffragium animæ Testatoris, & insuper conditione adjecta, ut quatenus d. Conventus legati hujusmodi non esset capax dicta scuta tercentum cum eodem onere alteri Ecclesiæ arbitrio eorumdem hæredum tradenda forent; Ideò instantibus dd. Fratribus, & auditis hæredibus prævia relatione Vicarii Generalis Eminentissimi Facchinetti Episcopi Spoletani proposito dubio .. An dictus Conventus supradicti legati capax existat.

Die 7. Julii 1668. Sacra Congregatio Concilii censuit negativè respondendum.

48 *Responsio data in eadem S.C. pro RR.PP. Theresianis.*

Salernitana Legati.

EMinentissime, & Reverendissime Domine. Legatum relictum PP. de Observantia, & Capuccinis Adversariis non esse præstandum rescribendum fore supplicamus, quia fuit

47 Num. 7. *Decretum Sac. Congregationis Concilii, ubi quod FF. de Observantia sunt incapaces legatorum.*

fuit factum pro victu Adversariorum, scilicet -- *per pietanza di Minestra* -- dietim & in perpetuum absque ullo onere; ideoque Adversarii sunt prorsus incapaces hujusmodi Legati, ut decisum refert per hanc Sac. Congregationem in
49 decretis generalibus *Fagn. in cap. nimis prava de excess. prælat. sub dist.* 4. *art.* 1. ibi · *Fratres Minores tàm Observantes, quàm Reformati non esse capaces legatorum annuorum, quæ fiunt sine aliquo onere;* & plenè firmavimus in nostro Memoriali *§. Ideoque*.

50 Non attenta responsione, quod hujusmodi Legatum, utpotè relictum per viam quotidianæ eleemosynæ non importet dominium, & consequenter sit præstandum Adversariis ex auctoritate *Lantus. in Theatr. Regul. verb. legat. num* 4. ex adverso allegat, quoniam ultra quod de authoritate hujus Doctoris ad commodum propriæ Religionis Scribentis nimis posset dubitari satisfacit ulterius responsio, quod ipse non firmat Fratres Minores esse capaces legatorum annuorum sine onere relictorum qualis est nostra controversia, sed solum quod sint capaces legatorum ad usum Sacristiæ,
51 & Infirmariæ, ut clare patet ex verbis ejusdem Authoris, ibi -- *glos. in Clem. exivi §. Cumque de verb. signif. distinguit de Legatis ad certum usum Sacristiæ, & Infirmariæ, quæ non sapiunt Thesaurizationem de his concedi esse licitum Fratribus Minoribus, quod intelligitur per modum eleemosynæ uti declaratum est à D. Bonaventura ex Statutis Ordinis &c. de legatis ad omnem usum sivè in determinatum usum non est, ità capacitas Fratrum Minorum, quia videtur sapere Thesaurizationem &c.*

52 Eodemque modo respondetur ad decretum hujus Sacræ Congregazionis sub die 2. Junii 1663. in contrarium allegatum, quia cum in eo decisum fuerit PP. Aracœli esse capaces legati relicti pro pane albo subministrando Infirmis clarè patet dictum decretum cadere super legato ad usum Infirmariæ, & consequenter ejus dispositio procedere non valet in casu nostro, quo legatum fuit factum directè ipsismet Patribus Adversariis.

53 Minusque officit authoritas *Mattheuc. Offic Cur. Reg cap* 9. *n.* 10. & 11. *tom.* 2. nam ipse ex decreto Sacræ Congregazionis Episcoporum, & Regularium *in una Lucana sub die* 26. *Martii* 1677.

1677. aliud probare non intendit, nisi quod Fratres Minores possunt recipere per viam eleemosynæ, quidquid ad executionem ultimarum voluntatum ipsis traditur prò celebratione Missarum, & prò ornamento Ecclesiæ, quod à nostra hypothesi multum distat cum neque prò celebratione Missarũ, neque pro ornamento Ecclesiæ legatum sit relictũ sed pro victu tantum ipsorum Adversariorum nullo penitùs adjecto onere, de quo sanè semper dicuntur incapaces sivè sit per viam eleemosynæ, sivè quocumque alio modo cum sapiat thesaurizationem, & tendat ad destructionem mendicitatis ab eorum Regula injunctæ.

54 Non obstat, quod etiamsi PP. Adversarii percipere non possent legatum, de quo agitur nihilominùs semper debeat solui Reverendæ Fabricæ, quæ subintrat in locum legatarii incapacis vigore decretorum Congregationis ejusdem Fabricæ anni 1633. relat. à *Fagn. in d. cap. nimis prava num* 59.

55 Siquidem cum Testator ad hunc casum respexerit, & expressè prohibuerit ne legatum ad favorem Fabricæ unquam cederet, procedere non potest dispositio prædicti decreti cum refragetur expressa voluntas Testatoris, quæ est ad unguem servanda quoad fieri potest, ut in terminis benè firmat *Angelus Ridolph. alleg.* 75. *num* 11. *Marant. resposs.* 20. *num.* 18. *par.* 1. *Rot. in Romana Fabricæ* 16. *Aprilis* 1602. *Coram Corduba.*

56 Nec attendi meretur si dicatur Testatorem prohibere non posse, quo minus Reverenda Fabrica se non intromittat in legatis relictis incapacibus, vel non exequutis juxta decretum ab eadem Fabrica emanatum sub die 18. Martii 1626. quod refert *Vespig. in compend. priv. Rev. Fabr fol.* 40. *& Card. de Luc in relat. Cur. disc.* 20 *num.* 30. Etenim cum in casu nostro Testator affectionem habuerit ad PP. Adversarios, & in casu eorum incapacitatis legatum factum annullaverit, & prò nullo haberi voluit, ac si numquam factum fuisset *Nostro Summario num.* 1. hoc sanè casu non applicatur dispositio dicti decreti, nec intrant facultates Reverendæ Fabricæ, quia si nullum est legatum, privilegium Fabricæ facere non potest, ut quod non est deducatur ad esse, ut benè distin-

57 guendo in puncto firmat *Antonel. de regim. Eccl. lib.* 1. *cap.* 10. *§.* 2. *num.* 16. *Ridolph. d. allegat.* 75. *num.* 9. ex gratia viden. ubi alii concordantes.

58 Ponderando præsertim, quod in nostra hypothesi hujusmodi prohibitio facta non fuit in odium Fabricæ, quod à Testatore fieri non valet, sed in favorem PP. Principalium quos speciali charitate dilexit pius Testator, in quorum utilitatem voluit in casu incapacitatis legatariorum, ibi -- *Mà che come non fatto nè disposto restino libero a detto Monastero Erede, e suoi Padri* -- consideravit enim Testator, quod si legatum hujusmodi applicaretur PP. Principalibus cederet in causam non minus piam, quam si ad Rev. Fabricam spectaret, & ideo ipsius voluntas videtur omninò attendenda cum sit facta applicatio, & commutatio in aliud opus æque pium, prout fieri debet ubi legatum est caducum juxta veriorem opinionem, de qua *Navar lib. 3 consf. 8 num 9. de Testam. Castrapol. oper moral. lib. 3. tract. 15. disp. 6. punct. 9. num. 17. Amostat. de causis piis lib. 4. cap. 3. num 72.*

59 Prætereà consideratione dignum videtur, quod PP. Principales ex onere sibimet ipsis injuncto à Testatore multa anniversaria annuatim celebrare aliaque opera pia adimplere tenentur, ut ex particula Testamenti *præsenti Summario num unico*, ideoque cum hæreditas reperiatur gravata ex piis oneribus à Testatore demandatis intrare saltem videtur arbitrium EE. DD. ut legatum potiùs cedat ad commodum principalium, quam Rev. Fabricæ, cum hoc modo servetur voluntas Testatoris, & fiat erogatio legati in opus privilegiatissimum, & incomparabiliter pium propter onus celebrationis Missarum in suffragium animæ ipsius Testatoris ipsis PP. Principalibus injunctum, ut observat

60 *Pasqualig. de Sacrific. Missæ tom. 2. de legat. quæst. 1106. num. 4. Carol. Antonius de Luc. ad Franc. decis. 612. num. 15. Rota in Hortana, seu Civitatis Castellanæ Falcidiæ 3. Martii 1684. §. Sed decisionem articuli coram Albergato.*

Quarè &c.

Xaverius Spinelli.

61 *Responsio*

61 *Reſponſio data coram eadem S.Concilii pro parte RR. PP. Capuccinorum.*

Salernitana Eleemoſynarum.

EMinentiſſime Domine Injungendum venit Archiepiſcopo Salernitano ut procedat ad executionem Teſtamenti per qu. Fabritium Pinto ſicuti pluries demandavit in ſimilibus hoc noſtrum ſupremum Tribunal, & in ſpecie in una Civitatis Lucanæ die 26. Martii 1677. cum decreto *Tenoris*
62 *S.Cong.ſepiùs declaravit Fratres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci, quamvis attenta diſpoſitione Exivi de Paradiſo in Conſtitutione Nicolai III., Clem. V. ſint incapaces obtinendi Cenſus perpetuos, & bona ſtabilia poſſe tamen per viam puræ, & ſimplicis Eleemoſynæ recipere quidquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro Celebratione miſſarum, pro ornamento Eccleſiæ aliiſque neceſſariis procurandis juxtà Doctrinam D. Bonav. relat. in conſtit. ſa.me. Urbani VIII. incipiente Sacroſanctum Apoſtolatus Miniſterium, atque in præfatis ca-*
63 *ſibus dictos executores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujuſmodi piæ diſpoſitiones adimpleantur ne Teſtatorum animæ debitis ſuffragiis defraudatæ remaneant, quam quidem declarationem illiuſque tenorem in caſu de quo agitur eadem S. Cong. ſervari præcipit committendo Ordinario Lucenſi pro tempore exiſtenti ut quatenùs alius executor non exiſtat prænarratam pii Teſtatoris diſpoſitionem executioni demandet Mattheuc in Offic. Cur. quoad legata pag.* 117.*num.* 10.
64 Undè non obſtant ea, quæ ex adverſo adducuntur, nam procedunt ſecundum ſenſum d.S. Congregationis, quando ex legato relicto PP. acquirerent aliquod jus repugnans Sacro Inſtituto Mendicantium. Secus verò quando nullum jus acquirerent, verùm ſola obligatio conſideratur pænès hæredem adimplendi voluntatem Teſtatoris per merum officium Judicis ſuccedens in locum deficientis actionis uti latè firmat contrariis reſpondendo *Rodriguez reſolut.* 88 *& quæ Canon Regular. tom.* 2.*quæſt.* 127.*art.*4.*§. final. Caſtropal. tom.*
65 3.*tract.*15 *diſp.*3.*punct* 9.*num* 22.*verſ.deindè* allegat. *per Rotam in dicta Celebri Turritana Eleemoſ.* 10. *Januarii* 1695. *coram R.P.D.Emerix num.*8.*cum ſequen.* ubi materia latè examina-

ta remansit, & in PP. Mendicantibus consideratur facultas merè passiva recipiendi legata per viam Manualis Eleemosynæ *Petr. de Palud. relat. per Silvest in verb legatum.*

66 Decretum S. Cong. allegatum *per Pignatel. d consult. 16. num 7 in fine datum exaduerso Sum n 7.* loquitur de scutis tercentis investiendis in Censibus adeoque de legato trasferente jus dominium, & possessionem ad commodum PP. adeoque frustra allegatur; cùm alias adducantur bina decreta dictæ S. Cong. firmantia legata deberi per eumdem *Pignatel. d. consult. 16. n. 2. & 3. tom. 3. qui n. 8.* firmat hæredes, & executores jure naturali esse adstrictos ad solvendum hujusmodi Eleemosynas relictas *Rota in alia Turritana confirmatoria Antecedentis die* 6. *Aprilis* 1696. *num.* 5. ibi -- *Quam etiam ponderata obligazione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis &c.*

67 Et sic si PP. Mendicantes nullam habent actionem petendi; absque ullo rationis fundamento PP. Hæredes Adversarii sunt tuti in conscientia denegando facere Eleemosynas ipsis injunctas, & demandatas per Testatorem cum somniata distinctione, quod opinio Canonistarum, & Theologorum procedat in legatis indebitis, ex aliqua causa extrinseca, secùs verò quando legatum denegatur ratione incapacitatis legatariorum. Nam nullus Sanæ mentis homo diceret hoc somnium, quod PP. Mendicantes sint incapaces Eleemosynarum, quando illorum institutum est, ut vivant cum Eleemosynis, undè meus intellectus hæret in hoc quod PP. Mendicantes nullam aliam facultatem habeant quam petendi Eleemosynam attamen in æternum percipere non poterit, quod PP. Theresiani Discalceati

68 habeant in manibus Eleemosynam illis datam per Testatorem ad effectum, ut erogetur in sublevamen Mendicantium victum cum quæstu comparantium, & isti sub emendicato prætextu, quod Mendicantes sint incapaces, Eleemosynas retineant, illos reiciant, absque eò quod saltem teneantur dicere vade in pace. Et an quatuor verba in informatione pro parte ipsorum distributa *in §. Idque potiori* dictos PP. à conscientiæ sinhæresi liberent meum non est decidere verum RR. Confessorum qui sunt conscientiarum

directo-

directores cum aliàs *in dicta Turritana firmatum video* legata præfata esse per hæredes adimplenda itaùt PP. sint capaces illa recipere per viam puræ, & simplicis Eleemosyne, *ubi à num.11.usq.ad num.17.* materia latè exagitatur, & discutitur, & si adest debitum adimplendi credo etiam adesse juxtà principia scholæ Teresianæ conscientiæ motum ad tale debitum adimplendum.

69 Decreta Generalia adducta *per Fagnan. in decantato cap. nimis prav. de exces. Prælat.* neq; adversantur casui nostro *nam in distinct 4.* de legatis annuis sine onere firmatum legitur. *Fratres Minores tàm Observantes, quam Reformatos non esse capaces legatorum annuorum quæ fiunt sinè onere, aut modo adjecto nisi ad effectum illa extinguendi seù illorum proprietatem, & pratium convertendi in usus Fabricæ vel Sacristiæ. Et non Fratres ipsos sed Sindicum Apostolicum tantum posse eamdem proprietatem in judicio petere. Et posse convertere in usus Fratrum*, & consequentèr frustra desumitur assumptum quod in casu nostri facti in quo ad sunt legata relicta pro victu absque onere, illud nullimodè substineri poterit, cum adhuc decisum habemus legatum relictum pro subministratione panis albi relicti ad commodùm PP. Mendicantium

70 substineri cujus decreti *Tenor allegat. per Gantus. in verbo legatum est S. Congregatio &c. Concilii Trid. censuit licerè dictis Fratribus prænarratam annuam præstationem titulo dumtaxat Eleemosynæ recipere ad præscriptum decreti Cong. Fabricæ sub die* 14. *Feb.* 1633.

71 Et sic sunt considerandæ resolutiones tanti Tribunalis, quæ etsi videantur firmare nullam actionem oriri pænès PP. valentes cogere hæredes ad subministrandum legata, nulla ex ipsis negat hæredes non teneri, & PP. Legatarios non posse recipere per viam Eleemosynæ uti in casu PP. Capuccinorum relato in nostra facti species declaravit *S.C. Episcop. sub die* 21. *Nov.* 1698. *non posse impediri hæredes quin solvant & PP. quin recipiant servata forma decretorum Fabricæ atque famæ Urbani VIII prohibitione R.P.D. Auditoris Cameræ non obstante* cui decreto in terminis terminantibus famulatur aliud decretum S.C.C. emanatum *in Faventina Legatorum die* 2. *Martii* 1697. in quo agebatur de ferculo bon. 2. subministrando Capuccinis, & fuit dictum *servanda esse decreta*

72 *C. Fabricæ die* 14. *Februarii* 1633. B 3 De-

Demum non venit attendendum, quod Sindici non veniant audiendi, cum isti agant nomine RR.PP. nullam habentium actionem pro legato victus, quodque Sindici neque uti sindici, neque uti plures de populo veniant attendendi uti agentes nomine PP. Quia Sindici non veniunt uti Sindici agendo exponentes actionem nomine Ecclesiæ Romanæ verum veniunt, uti plures de populo implorando Officium Judicis quod succedit in locum deficientis actionis *Rodriquez Castrapal & alii Doct. per nos allegati super §. Undè non obstant, & Leoncil de privileg. paup. par 2 privileg 52 num. 5. & Rota in d. Tunitana num 12.* ubi consideratur ratio fundamentalis, quod intantum competit Officium Judicis in quantum legata sunt adimplenda ex parte hæredis *ex Text. in l. hæred. in fin. ff. de pet. hæred.* ubi Innumeri DD. quando decreta generalia R. Fabricæ superiùs allegata firmant *Fratres non posse agere sed Sindicum Apostolicum.*

73

74 Quod adeò verum est, ut in Capitulo Generali Ordinis Minorum Celebrato 29. Maii 1694. triginta Theologi tantæ Seraphicæ Religionis in Alma Provincia Cantabriæ, congregati consulentes ipsorum conscientiis firmarunt bona Immobilia, Census & legata perpetua quoad directi dominium sortis Principales, seù Capitalis acquiritur Monasteriis reicienda esse firmando, quænam legata possint per ipsos recipi *juxta §* 17. ibi –

75 *Si autem Temporales earumdem rerum Domini pro majorum suorum suffragiis voluerint ea Conventibus ad præfatarum tenorem declarationum quoad fructus remanere retenta in se proprietate, vel suis hæredibus aut Communitati loci alicujus seù Hospitali Confraternitati Collegio aut alteri loco pio sivè tertiæ personæ adscripta cum onere nobis ministrandi fructus inde provenientes Eleemosinalitèr, sivè pro Ecclesiæ Fabricæ Infirmariæ, aut alterius particularis necessitatis levamine, sivè, pro aliquo opere nobis à Benefactore imposito id quidem præmissa protestatione in statutis expræssa, & non nisi per viam simplicis Eleemosinæ ac per Sindicum Apostolicum recipi poterit. Non enim Regulæ puritati repugnat ex toties à S Sede declaratis nos habere legata etiam perpetua quorum Capitalium directum dominium sit omnino extra nos, & fructus nobis Eleemosinalitèr ab hæredibus gravatis ad testatorem mentem erogandi à nobis vel à nostro Apostolico Sindi-*

co

co Eleemosinaliter etiam petantur -- In fine cujus Capituli leguntur diversa decreta per nos superiùs recensita, & in specie
76 decretum *S. C. Fabricæ emanatum sub die* 28. *Maii* 1639. *&* 28. *Aug.* 1640 directum Episcopo Civitatis Castelli Mandans eidem ut omnia removeret impedimenta, & testatoris voluntas impleretur cum verbis. *Questa Congregazione con participazione di N.S. fece decreto che questi PP. Minori Osservanti di S. Francesco potessero ricevere per modum Eleemosinæ gl'annui legati più che non si estinguessero riservandosene la disposizione N.S &c.* & ità inconcusse reperitur dispositum in omnibus Capitulis Generalibus nempè Toletano de anno 1504. Burgensi de anno 1523. *Assisien.* 1526. *Barchinonen.* 1541. *Segobien.* 1611. *Romæ* 1603.

Quare &c.

Petrus Marcellinus de Luccia.

77 *Memoriale datum in S. Congregatione Concilii ad instantiam RR. PP. Theresianorum sub die* 8. *Maii* 1706. *super quo fuit rescriptum lectum.*

Eminentissimi, e Revrendissimi Signori.

78 PEr parte de' Padri Carmelitani Scalzi di Salerno umilmente si supplica l'EE. VV., qualmente il quondam Fabrizio Pinto dell'istessa Città fece nel 1699 alli 6. di Luglio l'ultimo suo Testamento chiuso, e sigillato, nel quale istituì Erede universale li Padri Oratori, & Erede particolare, & usufruttuaria la Sorella del Testatore sopra alcuni stabili, come dalla copia del Testamento, che si produce avanti l'EE.VV., e molti Legati Pii di Messe, & altro, tra' quali Legati Pii lasciò, che si dassero per elemosina ogni giorno per pietanza di minestra alli Padri Capuccini, e Padri Osservanti per ciascheduno Convento cinque grana il giorno, che il tutto ascende alla somma di ducati cinquanta quattro di moneta di Regno l'anno, e conosciutesi dal Testatore l'incapacità de' Padri Osservanti, e Capuccini ordinò, che in nessun conto potesse subentrare la Reverenda Fabrica in difetto di detta incapacità; mà che detto Legato sii per non fatto.

79 Morto il Testatore nel 1701. & apertosi detto Testamento fù dalli Padri Oratori accettata detta eredità con il beneficio della legge, & Inventario, & immessa la Sorella di detto Testatore all'usufrutto de' stabili lasciati, con ancora haver pagato tutti li Legati Pii manuali ordinati dal Testatore, che si pagassero doppo sua morte subbito. Onde vedendo li Padri Osservanti, uniti con li Padri Capuccini, che a loro medesimi non si pagava la pietanza lasciata, incominciorono contro ogni dovere à tormentare gl'Oratori per la prestazione del sudetto Legato; perciò furono forzati gl'Oratori comparire avanti l'EE. VV. per la dichiarazione, se si dovea detto Legato; e disputato il dubio sotto li 14. Giu-

80 gno 1704 fù dall'EE. VV. rescritto *Serventur Decreta Reverendæ Fabricæ sub die 14. Februarii* 1633.

Mà come che EE. Signori detta annua prestazione non si puol fare per essere l'eredità talmente scarsa, come dal *fol. Summar. Num.* 2. che non basta pagare li Legati Pii delle Messe lasciate, & Anniversarii da detto Testatore conforme at-

81 testa l'Ordinario nella sua relazione *Summario num.* 3., e per molti capi, che si dirà appresso perciò gl'Oratori con li Padri Capuccini sono venuti a concordia di pagare alli Sindici Apostolici una sol volta ducati cento cinquanta per erogarli in beneficio della Chiesa, e Convento, con fare trà di loro publico Istrumento *Summario num.* 4., e di ciò supplicatone la somma bontà dell'EE. VV. si degnorono rescrivere *pro informatione* all'Ordinario di Salerno, quale sotto li 7. d'Agosto del passato anno informò questa Sagra Congregazione a favore degl'Oratori, *dicto Summario num.* 3. alla quale relazione senza essere intesi gl'Oratori fù rescritto *Lectum*.

82 Per tanto gl'Oratori supplicano la bontà dell'EE. VV. volere considerare le raggioni, che si portano, & assistano a gl'Oratori, e recedere dal detto rescritto.

83 Per primo, quantunque il Testatore nel suo Testamento fà apparire una eredità opulenta, e ricca; pure si è visto, che viene ad esser povera, stanteche lascia moltissimi Legati Pii, & usufruttuaria sua vita durante la Sorella del detto Testatore l'attesta l'Ordinario nella sua relazione *Summario num.* 3 *§. Causæ hujusmodi*, e si vede dal Testamento, *Summario num.* 1. *litt. A. & B.*

84 Se-

84 Secondo tutta quella quantità d'oro, argento, e moneta, che lasciò scritto in Testamento doppo la sua morte non si ritrovò; stante la lunghissima infermità del Testatore, e facoltà lasciata alla Sorella di potere attestare quel denaro, & argento, restava in suo potere come da detto Testamento, *Summario num.* 1. *litt.B.*

85 Terzo li pesi grandi delle Messe, & Anniversarii, che hà lasciato detto Testatore, come appare da detto Testamento *Summar.num.* 1. *signat litt. E.G.H.K.L.* quali vengono preferiti à qualsisia altro Legato Pio conforme decise la Sagra Rota *in Hortana, seù Civitatis Castellanæ Falcidiæ* 3. *Martii* 1684. *§. Sed Decisionem coram Albergato*, e tanti altri Legati manuali sì di robbe, come di denaro contanto, per la qual cosa si venderono gl'argenti con licenza di questa Sagra Congregazione sotto li 15 Settembre 1703.

86 Quarto, l'incomodo grande de'Padri Oratori, quali per esse astretti ad una vita contemplativa, & attiva per servizio della Chiesa, e loro Religione, e per esser stati da poco tempo in quà eretti in detta Città, non così facilmente possono attendere a simile facenda di pagare ogni giorno detto Legato.

87 Quinto; si vede essere più profiguo a'Padri Capuccini l'avere per intiero detta somma, e farne utile al Monastero, che l'avere dietim, quale raggione hà mosso li sudetti Padri Capuccini a fare detto Istrumento di Concordia con gl'Oratori, *Summar.num.*4. che detti Padri Capuccini possano transiggere detti Legati apertamente li dà la facoltà la san.mem. di Clemente VII. sub datum Romæ 23. Novembris 1526.
88 *riferita dal Lantusc.nel Teatro regul. in verbo Legatum*, che trascritta si produce *Summar.num.* 5. e decretò questa Sagra Congregazione nelli Decreti Generali sopra la materia de' Minori Osservanti publicati li 14. Giugno 1628. *riferiti dal Fagn.nel cap.nimis prava de excess. præl.alia dist.art.*1. & 3. dove stabilisce, che possono li Padri Osservanti (sotto la qual regola vengono li Capuccini) estinguere detti capitali, & applicarli nell'uso della Fabrica, e Sagristia. Onde stante
89 detta facoltà possano li sudetti Padri Capuccini estinguere, comporre, e fare qualsisia atto a loro favore, e perciò si renda valido, e giusto detto loro Istrumento, *Summario num.* 4. che si supplica per la confirma.

90 Nè

90 Nè osta il Decreto della Reverenda Fabrica del 1633. dove dispone, che detti Legati non si possano estinguere nè comporre, mercechè li medesimi Decreti parlano solamente, che non si possono estinguere, e fare altro dalli Commissarii della Fabrica, quali Decreti approvati dalla san. mem. d'Urbano VIII. la medesima Santità non tolse la facoltà alli Padri Osservanti di potere transiggere, e comporre, e ne derogò alla Bolla di Clemente VII. di sopra enunciata; mà solamente reservò la potestà alla Santa Sede di potere approvare dette transazioni conforme si vede dal *§. Et quod quævis extinctio*, di detto Decreto del 1633. Onde stante le raggioni sopra adotte, e la tenuità di detta

91 ta eredità, conforme dal *fol. Summar. num.* 2. e ricorso havuto dagl'Oratori in questa Sagra Congregazione umilmente si supplica la bontà dell'EE. VV. si vogliano degnare del loro beneplacito, che &c.

Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini, Domini, & Patroni Colendissimi.

92 UT EE. VV. mandata sub datum 16. proximi præteriti mensis Maii exequar instructam redendi hanc Sacram Congregationem circa exposita per Priorem, & PP. Carmelitas Discalceatos hujus Civitatis super transactione inita inter eosdem PP. Oratores hæredes quondam Fabritii Pinti, & PP. Minores de Observantia PP. Reformatos Sancti Francisci, & PP. Capuccinos legatarios humillimè refero Quondam Fabritius Pinto in ultimis suis Tabullis instituit hæredes universales PP. Oratores nonnullis relictis legatis tum piis tum profanis inter quæ PP. supradictis obulos quinque singulatim prò quotidiana perpetua elemosina causa pulmenti; renuerunt hæredes legat. adimplere ob prætensam incapacitatem legatariorum, nisi ad effectum illa extinguendi, & applicandi in usu Fabricæ, vel Sacristiæ, de qua etiam dubitavit Testator exprimen. in dict's Tabulis in eo casu nullum Jus acquiri debere Reverendæ Fabricæ; sed legatum ipsum, ac si non esset scriptum habere.

93 Facto

92 Num. 3. *Relatio Romani Archiepiscopi Salernitani.*

93 Facto igitur recursu ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium nomine Petri Marcellini de Luccia, tamquam unius de Populo prò satisfactione dictorum Legatorum, eoque magis, quia hæreditas erat opulenta rescripsit hæc sub die 7. Septembris 1703. prò informatione, & voto in cujus exequutionem sub die 8. Februarii 1704. retuli ea, quæ parendo mandatis hujus Sacræ Congregationis circa venditionem Argentorum à PP. hæredibus petitam, necnon, & quo ad alias preces eorundem super declaratione an tenerentur ad præstanda legata ut supra relicta præcedenter retuleram sub die 10. Augusti 1703. ad ejusdem rescripta sub datum secunda Decembris 1702. & sub die 7. Septembris 1703. ad alterius rescript. sub dat. 21. Aprilis ejusdem anni 1703. cujus resolutio pro mei notitia usque adhuc pendet.

94 Rebus sic stantibus ambæ partes PP. Capuccini tantum scilicet, & PP. Oratores ad conventionem devenerunt debere per eosdem solui unica vice ducatos centum quinquaginta in extinctionem supradicti legati obulorum quinque relicti à quondam Fabritio Pinto.

95 Causæ hujusmodi transactionis, sicuti expressè leguntur in publico Alberano inter partes stipulato per acta Notarii Antonii Russo de Salerno cum reservatione Apostolici beneplaciti, sunt, & dubia legatariorum capacitas in similibus legatis acquirendis, & deficientia redituum legatariorum minimè correspondentium oneribus injunctis, imò & hæredum inabilitas ad legata adimplenda. Verum quidem est fructus hæreditarios non sufficere ad debita hæreditaria solvenda, & pia legata satisfacienda, tum ex quo adhuc vivit Soror Testatoris usufructuaria, tum ex defectu pecuniæ numeratæ in Testamento expressæ, & in hæreditate tempore mortis non repertæ, utpotè ab ipsomet Testatore consumptæ, tum etiam ob satisfactionem debitorum hæreditariorum, & aliorum legatorum piorum pro celebratione Missarum, & Anniversariorum prout latiùs eadem retuli in prædicto meo reverenti folio 10. Augusti 1703. ita ut ob hujusmodi defectum usque adhuc minimè adimpleri potuit rescripto hujus Sac. Congregationis sub die 15. Septembris 1703. pro reintegratione pretii argentorum

vendi-

venditorum, constat enim hæredes adhuc creditores remanere hæreditatis.

96 His igitur attentis crederem si ita EE. VV. expediens videbitur posse benignè annui supplicationibus PP. Oratorum benignè transactioni assentiendo, & sic referen. EE. VV. Sacras Vestes per quam humiliter deosculo.

EE. VV.

Salerni 7. Augusti 1705.

Humillimus Servus devotissimus, & essequiosissimus F. Bonaventura Archiepiscopus Salernitanus.

97 Con il presente Alberano &c. Io sottoscritto Gregorio Salzano &c. Sindico Apostolico del Convento de' Padri Capuccini di questa Città di Salerno, e con il consenso de Padri di esso da una parte, & il P. F. Gaetano di Gesù Maria Procuratore del Venerabile Monastero de' Padri di S. Teresa Carmelitani Scalzi &c. Eredi del quondam &c. Fabrizio Pinto &c. sono venuti all' infrascritta convenzione &c. qualmente nell'anno 1701. essendo passato a miglior vita il detto &c. Pinto &c. fra gl'altri legati &c. legò alli Padri Capuccini &c. grana cinque il giorno &c. con condizione però se di questo legato non fussero capaci, & havesse havuto a porgere le mani la Reverenda Fabrica, che in tal caso dava per nullo detto legato &c. e seguita la morte di detto Fabrizio Pinto intesero li Superiori &c. de' Capuccini &c. porsi in possesso di detto legato, e quelli richiesti al &c. Priore di detto &c. Monastero di S. Teresa dopo che servatis servandis s'era fatto il dovuto Inventario li fù replicato non doversi adesso pagare il legato predetto per le seguenti cause &c.

E primieramente, che essendo Religiosi &c. li veniva ciò proibito dalla loro Regola &c. secondo, che esso Erede si ritrovava quasi spogliato di tutti li frutti de' corpi ereditarii de' quali era stata lasciata Erede usufruttuaria la Signora Anna Dentice Pinto sorella del Defonto &c. terzo, che havendo proceduto il Testamento sudetto quattro anni avanti alla morte del Defonto se ritrovò l' Eredità &c. priva di quelle monete contanti, che dal Testatore si confer-

97 Num. 4. *Concordia inita inter Partes.*

servano &c. quarto; che stanti le precedenti ragioni sempre, e quando si havesse havuto a fare la discussione dell'Inventario sarebbero stati esclusi li sudetti Padri &c. Capuccini imperoche &c. sono venuti in convenzione &c.

98 Che esso Venerabile Monastero di Santa Teresa di questa predetta Città Erede, ut suprà gli dovesse, sicome promette &c. pagare &c. pro unica vice tantum ducati 150. in estinzione &c. delle grana cinque il giorno lasciateli dal sopradetto Defonto, e che versa vice esso P. Guardiano &c. de'Capuccini &c. si obligava, sicome si obliga cedere, e renunciare tutte, e qualsivoglia ragione ad essi competenti, con dare per nulli &c. gl'atti fabricati &c. in qualsivoglia &c. Tribunale &c. e della sudetta convenzione ci obblighiamo impetrare il sudetto assenso &c. Apostolico di fare detta transazione in conformità delli privilegii &c. e per la Bolla di Clemente VII. dell'anno 1526. & non aliter &c. Salerno li 18. Maggio 1705.

F. Gaetano di Gesù Maria Procuratore de'Carmelitani Scalzi,

F. Diodato da Mano Provinciale de'Capuccini.

Io Gregorio Salzano Sindico Apostolico de' Padri Capuccini.

Adest legalitas Notarii.

CLEMENS PAPA VII.

Dilectis filiis Ministris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ.

99 NUper pro parte vestra nobis expositum fuit, quod forsan actenus contigit, & in futurum etiam contingere possit, quod aliqui Christi fideles ad vestrum Ordinem, Fratres, & loca ipsius Ordinis gerentes in eorum Testamentis, institutiones, seù legata fecerunt, aut facient, quorum ex vestræ Religionis Regula, & professionis puritate, quam servatis, capaces non estis.

100 Quare pro parte vestra nobis fuit humilitèr supplicatum, ut cum hæredes instituti sive executores per hujusmodi Testatorem

99 Num. 5. *Bulla Clementis VII. relat. per Lantusc. fol.* 312.

torem deputati in conscientia se gravatos sentiant ad pias Defunctorum voluntates exequendas desuper opportunè nobis, ac ipsis hæredibus, & executoribus consulere, & providere de Apostolica benignitate dignaremur.

101 Nos cupientes pias ipsorum defunctorum intentiones, & voluntates quantum fieri potest exequutioni mandari, & attendentes, quod hujusmodi legatis, & institutionibus mens illorum fuerit, & sit vestris levare penuriam, ac proindè vestrorum suffragiorum spiritualium particeps fieri, pro exoneratione quoque conscientiarum dd. hæredum, &

102 executorum hujusmodi vestris supplicationibus inclinati, tenore præsentium, auctoritate Apostolica decernimus &c. & ordinamus, & vobis concedimus, quod vos singuli Ministri Provinciales, in Provinciis vestris, vel Guardiani, cum aliquibus discretis domorum, vel locorum, quibus hujusmodi legata, & institutiones factæ fuerint, vel in posterum fierent, quorum non estis (ut præfertur) capaces mediantibus Procuratoribus, & Syndicis eorumdem locorum, cum dictis hæredibus, executoribus super præmissis institutionibus, & legatis componere possitis, & valeatis, prout nobis secundum qualitatem, & bonam conscientiam visum fuerit, ad certam summam, & quantitatem pecuniarum,

103 aut rerum per prædictos hæredes, & executores semel tantum solvendam, & tradendam fratribus, & locis prædictis ad ipsorum relevandas necessitates, seù ipsa loca fabricanda, facta desuper ipsis hæredibus, & executoribus plena, & libera, ac perpetua absolutione, & quietatione, quæ Apostolica auctoritate sit approbata, & roborata. Ita quod deinceps pretextu talium Testamentorum, institutionum, & legatorum ampliùs molestari non possint in Judicio, vel extra.

Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis &c.

Volumus autem quod præsentium transumptis manu &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23 Novembris 1526. Pontificatus nostri anno tertio.

P. Bombasius.

L. de Torres.

Infor.

Informatio data Coram S. Cong. R. Fabricæ die 20 Julii 1707.

Salernitana Eleemosynarum.

EMinentissime, & Reverendissime Domine. Fabritius Pinto instituendo hæredes universales RR. PP. Carmelitas Discalceatos Salerni in sua opulentissima hæreditate scutorum viginti mille circiter, illos gravavit de dando diurnas eleemosynas quinque granorum tribus Conventibus Capuccinorum, Minorum Observantium, & Reformatorum juxtà particulam Testamenti, *Summ. num.* 1.

104 De Anno 1703. dicti PP. Theresiani cupientes vendere Mobilia, & argenta ad effectum etiam adimplendi præfatum onus, recursum habuerunt ad Sac. Congreg. Conc. & ab ipsa necessariam licentiam obtinuerunt, *Summ. num.* 2.

105 Obtenta tali licentia, & venditis Mobilibus acuerunt ingenium colludendi piam Testatoris mentem, & habendo recursum ad Summum Pontificem curarunt Causam remitti ad eamdem Sac. Cong. Conc. pro evitandis facultatibus Rev. Fabricæ, *Summar. num.* 3. ad quorum contumaciam purgandam fui coactus nomine proprio tamquam unus de Populo, juxtà celebres *decis. coram R. P. D. Emerix Turritana Eleemosynarum* infrà allegandas Causæ defensionem assumere, usque ad disputationem dubii secutam sub die 14. Junii 1704. -- *An Legatum sit præstandum in casu &c.* -- & resolutam -- *Observetur Decretum Congregationis Fabricæ sub die* 14 *Februarii* 1633.

106 Acceptantes iidem PP. Theresiani præfatam resolutionem fecerunt concordiam cum PP. Capuccinis de solvendo pro unica vice ducat. 150. & pro confirmatione illius comparverunt in dicta Sacra Congregat. Concilii sub die 5 Septembris 1705. quæ videns dictam Concordiam fuisse machinatam contra expressum Decretum Rev. Fabricæ de anno 1633. uti inferùs ad sensum demonstrabitur, talem instantiam rejecit, utique adhùc, non quiescentes tali sanctæ resolutioni, denuò comparverunt coram eadem Sac. Congregat. assumptum confirmationis concordiæ cum supposito incapacitatis hæreditatis repetentes, attamen iterata vice fuerunt rejecti, prout resultat à resolutione emanata sub die

8. Maii

8. Maii 1706. *lectum*, & ab Informatione per dictos The-
resianos impressa, & distributa in eadem Sac. Congreg.
Concilii, *Summ.num*.4.

107 Pro executione igitur dictæ resolutionis Sacr. Congr. Concilii, & Decreti Rev. Fabricæ actum fuit per me coram A. C. Cerro cum fundamento, quod iste sit executor Decretorum Sac. Congregationum, *Lantusca in Theatr. Regul. verb. Auditor Cameræ versic. sextus casus*, quodquè jubeat decreta præfata sub censuris servari, *Dicastill. part*. 11. *tract*. 8. *resolut*. 53. *Bordon. resolut*. 73. relat. per *Coton in cont. lib*. 3. *de Clericis cont*. 3. *cap*. 3. *num*. 49. prout de facto devenit ad Sententiam, & relaxationem Cedulonum, *Summ.num*. 5.

108 In hoc statu mutato Procuratore per PP. Theresianos, & recurrente isto ad Signaturam pro nova Audientia obtinuit ad relationem R.P.D. Balestra sub die 18. Novembris 1706. ut *A. C. iterùm audiret suspensis Censuris*, qui adeò fortiter PP. Theresianos audivit, ut primam Sententiam revocavit, dando aliam Sententiam declarantem nullam actionem competiisse, & competere Mendicantibus, ac mihi scribenti, & comparenti, tamquàm uno de Populo, *Summario num*. 6. à qua Sententia pendet hactenùs appellatio.

109 Detecta exindè voluntate Theresianorum renuentium solvere eleemosynas Mendicantibus, ac clara dispositione dicti Decreti Rev. Fabricæ Mandantis sunt verba Decreti, *Quod nolentibus hæredibus dare Fratribus Eleemosynas, seu annuas præstationes, sive Legata solvere, seu illa non solventibus, tunc, & in eo casu lapsis duobus annis à die obitus Testatorum si fuerit maturatum Legatum eadem Fabrica, vel illius Commissarii, id totum, quod solutum non fuit pro præterito pro rata &c. exigere &c. juxtà suas facultates, & Privilegia &c.* Detectum pariter fuit, intrare Fabricæ facultates, ob quam rem pro executione tàm dicti Decreti, quàm resolutionis Sac. Congregationis Concilii, actum fuit coram R. P. D. Severolo illius Judice, qui cum remiserit hanc instantiam definiendam ab EE. PP. ideò, humiliter supplicantur pro resolutione affirmativa, & pro necessariò juris remedio, adhoc, ut dicti Theresiani adimpleant Testatoris intentionem, de quibus suadente evidentissima justitia, supplementum illius haberi speratur.

110 Justitia

110 Justitia resultat à sola lectura præfati Decreti, emanati sub die 14. Februarii 1633. & à resolutione Sac. Cong. Conc. demandante illius observationem superiùs relatam, per Partem Adversam mediante concordia acceptata, itàut si ipsa nolit solvere eleemosynas Mendicantibus, teneatur illas solvere Rev. Fabricæ ad formam dicti decreti.

111 Neque obstat unicum fundamentum desumptum ab hoc ratiocinio. PP. Theresiani non tenentur solvere Mendicantibus eleemosynas in vim Sententiæ A. C. Cerri, & ex alia parte obstat dispositio Testatoris prohibentis Fabricæ posse se intromittere in tali Legato in casum incapacitatis ad favorem hæredum, igitur ipsos esse absolvendos à tali onere tamquam non apposito dicendum venit, juxta authoritates exaduersò allegandas prò qua adducitur sicuti sæpè adducta fuit *allegatio* 75. *Ridolphini*, & forsàn ultima resolutio tanti Tribunalis emanata die 16. Martii proximè præteriti in *Imolen. Donationis*, adversus quam pendet revisio cum nova Audientia.

112 Quia quidquid sit de injusta Sententia A. C. Cerri denegante ejus Syndico, & cuilibet de Populo jus standi in Judicio, & petendi eleemosynas nomine Sedis Apostolicæ, adversus quam omnia jura clamant, uti firmant in terminis DD. congesti à *Trystan. tom.* 2. *decis.* 69. *circa finem versic. quod autem*, & nulliter interpræstante Decretum Rev. Fabricæ emanatum de anno 1633. & adversùs quam pendet appellatio ad instantiam Comparentis, & tuentis jura Mendicantium, pro habendo adimplemento voluntatis Testatoris, ad quem effectum quantum pium, & justum esset, ut EE. PP. aliquid specialiter decernerent dictam Sententiam circumscribendo, cum Sacræ Congregationes soleant hujusmodi præjudiciales Sententias è medio auferre juxtà diversas resolutiones Congregationum, relatas per *Pignatellum in suis consult. tom.* 1. *consult.* 9. *per tot.*
113 ac per *Sac. Congr. Concil. in Surrentina Taxæ Innocentianæ* 6. *Maii* 1690. per quam fuit dictum *Sublata Sententia A. C. Thomati per partes deducenda esse jura sua in hac Sacra Congregatione ex integro*, & in nostris præcisis terminis per S. C. E. & R. die 21. Novembris 1698. fuit resolutum ad favorem Capuccinorum contrà Abbatem Cassinensem Sancti

C Germani

Germani -- *Non posse impediri hæredes quin soluant, & P. P. quin recipiant servata forma Decretorum Fabricæ*, atque *san. mem. Urbani VIII. prohibitione R. P. D. Auditoris Cameræ non obstante*.

114 Certum est, quod quando hæredes renuunt præstare dictas eleemosynas semper intrant facultates Rev. Fabricæ, itàut etsi actio Mendicantium remaneat obvelata, statìm resurgat illa Fabricæ, quæ tunc oritur, quando per biennium hæres fuit contumax in solutione, & præstatione oneris, uti resultat à contextù dicti Decreti, & infinities resolutum habemus per eamdem Sacram Congregationem Concilii, & in specie *in Romana Donationis*, relat. per *Lan tusc. verbo Legatum num. primo*, ibi -- *Procurator Rev. Fabricæ citatis PP.* petit. *An prænarata donatio valeat sustineri die 2. Junii* 1663. *Sacra Congregatio censuit licere dictis P. P. prænarratam annuam panis præstationem titulo dumtaxàt eleemosynæ recipere ad præscriptum Decreti Congregationis Fabricæ sub die* 14 *Februarii* 1633. *editi, & Syndico Apostolico non posse à Ministris dictæ Fabricæ ratione hujusmodi donationis molestias*
115 *inferri nisi ad formam supradicti decreti*. Et in terminis terminantibus nostri Legati, seu eleemosynæ bon. 2. relicti dietìm pro ferculo Capuccinis resoluit eadem Sac. Congregatio Concilii *in Faventina Legatorum* 2 *Martii* 1697. *Servanda esse Decreta Rev. Fabricæ die* 14 *Februarii* 1633.

116 Tùm quia Sententia A. C. Cerri percutit solùm actionem Mendicantium, utì colligitur ab illius lectura à qua etiam pendet appellatio, non verò tangit actionem Reverendæ Fabricæ, itàut intret de plano, quod si A. C. in executionem Decreti Reverendæ Fabricæ, & resolutionis Sacræ Congregationis Concilii in judicatum transactæ declaraverit: *Nullum jus, nullamque actionem competiisse Mendicantibus*, reliquit intactum jus Fabricæ, & tacitè declaravit pro observatione illorum intrare facultates Fabricæ, aliàs remaneret elusoria resolutio Sacræ Congregationis Concilii *Observetur Decretum Reverendæ Fabricæ*, quam veritatem fassus fuit D. Falconius exaduersò scribens in sua Informatione impressa, & data in Signatura, *Summ. Num* 9.

117 Dispositio Testatoris ulteriùs non tolit è medio facultates Reverendæ Fabricæ, tùm ratione dispositionis præcisæ Testatoris,

statoris, tùm ratione dispositionis Juris, & triplici inevitabili motivo.

118 Primò, quia Testator reliquit Legatum ratione eleemosynæ; ibi .. *Lascio, che pagbino ogni giorno eleemosynaliter per pietanza di Minestra, ed altro loro necessario grana cinque &c. quale Legato per pietanza essi ne sono capaci, come ne discorrono li Dottori Morali, nè repugna alla loro Regola per essere elemosina, che se li da per vivere ogni giorno &c. ma quando per mia disgrazia di non partecipare di questa carità essi Padri non ne fossero capaci, e pretendesse la Fabrica subentrare, in questo caso annullo &c. detto Legato, non volendo, che essa Fabrica non acquisti nessun jusso, ma &c. restano liberi detto Monastero Erede, e Padri sodisfare ognigiorno, e pagare detta Carità à niun' altro se non solo ad essi Padri à chi eleemosynaliter l'hò lasciati, e voglio, che si segua, nec alio modo*, itàut à tali dispositione effrænata, *ratione eleemosynæ* intret capacitas respectû Men-
119 dicantium cum omnes, qui scripserint in hac materia, de qua *Bartol. Fagnan.* & innumeri Doctores recensiti per *Rotam in dicta Turritana Eleemosynarum decis.* 1219. & *decis.* 1326. *coram Emerix*, & per *Trystan.in decis. Cathalon. tom.*2. *decis.* 69. *per tot.* multa collegerint, & firmaverint ad propositum horum Legatorum, nullus illorum somniaverit Mendicantes esse incapaces Eleemosynarum, cum istis vivant, & ita de tali capacitate ratione eleemosynæ leguntur infinitæ Decisiones Sac. Congregationum, & in specie S. C. E.
120 R. relat. per *Matthæuc. in Official. Cur. cap* 9 *num.* 10. ac etiam hujus nostræ Supremæ Gongregationis Reverendæ Fabricæ usque ad nauseam recollectæ per modernum *Pitonium in suis disceptation. disceptat. secunda per tot. & inspecie num.* 130. 131. *cum omnibus numeris immediatè sequentibus*, ac per Sac. Congreg. Concil. relatam per dictum *Trystan. dicta decis.* 69. *num.* 20. *ubi allegantur Concordan.*

121 Qua capacitate posita ratione Eleemosynæ non datur locus substitutioni factæ in casu incapacitatis, uti in terminis terminantibus advertit R.P.D. Petra *tom.* 2 *comm. ad Const. Apostol ad Constitut. Honorii III. sect.* 4. *num* 48. *fol. mihi* 461. *cum authoritate S.C.C. in Romana Legati* 2. *Decembris* 1673. in qua aderat substitutio, & caducatio ad favorem Conventus Sancti Adriani hæredis, quà non obstante S. C. re-

soluit,

soluit, contrarium, ibi: *An Legatum de quo agitur dari*
122 *jussum per tot præstationes pro PP. ægrotantibus in Infirmaria dicti Conventus Fratrum Minorum addito Missarum onere sublineatur, & per consequens an dictæ substitutioni factus fuerit locus*, & S. C. respondit. *Legatum de quo agitur sustineri, & proindè dictæ substitutioni non esse locum, & num.* 41. qui firmando suam opinionem pro capacitate legati ratione Eleemosynæ relicti adducit nostram resolutionem in Salernitana Eleemosynarum 14. Junii 1704. quasi quod S. C. C. demandando observationem Decreti Rev. Fabricæ, idem voluerit dicere, ac Canonizare capacitatem Mendicantium in recipiendo Eleemosynam, quatenus hæredes velint dare, sin minùs intrare facultates Fabricæ pro annuis præstationibus non solutis ad effectum illas sibi appropriandi juxtà dicti decreti dispositionem.

123 Secundo ratione dispositionis Juris, nàm non obstante quacumque Testatoris prohibitione, ut Fabrica non se intromittat ista potest se intromittere pro habendo implemento omnium, & singulorum onerum per Testatorem relictorum, uti reprobato dicto *Ridolph. in allegat.* 75. tenent *Rovit in Pragmat. de Legat. Piis num.* 5. *De Marinis in resolut. Juris cap.* 224 *num.* 7. *Novar. quæst forens.* 91. *num* 10, & alii congesti per *Bertach. in suo Voto* 161. *per tot* & id stante novissimo Decreto Rev. Fabricæ *relat. per Vespignan. in compend. fol.* 71. *& per Cardin. de Luca in relat. Cur. discurs.* 20 *num* 30 *& de Testam discurs.* 45 *num.* 7. & resoluit semper hæc Sacra Congregatio & in specie die 17. Decembris 1639. ità, *Francesco*
124 *Menghio Commissario Fabricæ certiorante, an procedere debeat in casibus in quibus Testatores prohibuerunt Fabricam ejusque Ministros manus apponere sub pœna nullitatis: Scribatur D. Commissario, ut procedat dictis probibitionibus non obstantibus*, sicuti pariter Testator non potest prohibere in testamento, ne Episcopus, uti administrator à jure Deputatus, & exequutor omnium Legatorum Piorum se intromittat in exequutione illorum, etiam sub pæna caducitatis, ex quo Testator non potest generalem legis, & Canonis Constitutionem immutare, & caducitas, ac alia pæna per ipsum apposita non substinetur, & habetur, ac si apposita non fuisset
125 set docent *Piasec. prax. Episc. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 5 *tit. de visit. Benefic.*

Benefic. simplic. num. 9. Passerin in cap. Religiosus §. Sanè nu. 106. cum seqq de testam in 6. & ità tenuit S.C.C. in Civitatis Plebis 10. Decembris 1695. refert *Monacell. in formul. legal. pract. Form. 14. num. 3 & 4.*

126 Tertio ratione Rei Judicatæ S.C.C. per adversarios acceptatæ. Nam in propositione causæ actitatæ inter me scribentem nomine Capuccinorum, & PP. Theresianos, talis prohibitio Testatoris ad Trutinam fuit revocata, uti resultat à folio distributo in eadem Sac. Congregatione die 14. Junii 1704. ibi -- *uti latiùs ex particula Testamenti in qua habetur, quod in casu incapacitatis dd. PP Legatum sit irritum*
127 *nullum, & invalidum, ac si factum non foret itaut nullum jus exindè oriri valeat favore Fabricæ, sed ipsi PP. ab hujusmodi annua præstatione liberi omninò, & exempti remaneant*, & ab informationibus tunc distributis pro PP. Theresianis per quos talis exceptio, quæ hodiè refrigitur, fuit data, uti colligitur ex eorum responsione *Summaria num* 7. Attamen Sacra Congregatio dictis non obstantibus respondit *pro ob-*
128 *servatione Decreti Rev Fabricæ*, itaut super hoc puncto, nil remaneat amplius dicendum, ex quò acceptando PP. Theresiani talem resolutionem concordiam cum Capuccinis meditarunt, & petendo confirmationem Concordiæ cum motivis in eorum Memoriali impresso consarcinatis *Summario num.* 4 fuerunt rejecti cum solido fundamento, quod Decretum Rev. Fabricæ 1633. interdicat confessiones de recepto ultià summas effectivè habitas à Mendicantibus, quodquè ulterius consimile Decretum ejusdem Fabricæ emanatum die 15. Decemb. 1646. interdicat compositiones super præfatis Legatis faciendas à Ministris Rev. Fabricæ prout resultat ab eodem Decreto impresso penès di-
129 ctum Lantuscham in Theatro *Regul. verb. Bona Temporal. num 6. §. Prohibuit*, itaut intret dilemma circa PP. Teresianos hæredes, aut adest in hæreditate, & adimpleant onus Testatoris ex *Textu in leg Hæredum in fin ff. de petit. hæred.* & innumeris DD. congestis per *Rot. in dec.* 1219. *num.* 10. & 11. *cor. R.P.D. Emerix Decano.*

130 Aut non adest, & dimittant hæreditatem, in manibus Æconomi, seù alterius Ministri ejusdem Fabricæ, quod verò cum non possit dici in casu nostro, ex eo quia doctum fuit

in hæreditate Fabritii Pinto adeſſæ Patrimonium excedens ſummam ſcutorum viginti millium ob id ſcandaloſa reputatur Thereſianorum retinentia in nolendo adimplere Teſtatoris piam diſpoſitionem demandantem per ipſos fieri Eleemoſynas tenuiſſimas erogandas dietim pro neceſſaria alimonia Mendicantium, quæ retinentia involuit ſpeciem furti, & peccati contra Miſericordiam, & contra Juſtitiam orientis ab eo, quod Thereſiani convertunt Eleemoſynas in proprios uſus quas Religioſi pauperes Evangelici recipere debent pro ſubveniendis ſuis neceſſitatibus in terminis harum Eleemoſynarum ità firmant propoſitum *S. Anton. Pa-*
131 *ludanus Cordova, Suarez Miranda Rodriguez, Villalobos Navarro, Luengo, Bravo Sanchez, & omnes DD Morales fusè allegati per Tryſtani in deciſ. Cathalon. deciſ.* 69 *num* 23. *cum ſequent* in eum penè modum, quo ſi unus ex EE.PP. imponeret proprio Magiſtro Domus, ut daret Eleemoſynam Mendicantibus diurnam, & iſte cum motivo incapacitatis iſtorum illam pro ſe retineret, uti pariter in terminis terminantibus noſtræ quæſtionis firmant D. Bonaventura, & innumeri DD. pariter congeſti per eumdem *Tryſtan loc. cit. num.* 19. *ex gratia viden.*

132 Ex quibus omnibus reſultat, quod reſolutio emanata in Imolen. Donationis 16. Martii 1707. in qua dictum fuit *non intrare facultates Fabricæ* ad hominem retorqueatur. Ex quo in iſto ſenſu Mendicantes eſſent capaces Legatorum per viam Eleemoſynæ, itaut volentibus Thereſianis hæredibus ſolvere ad formam Decreti Rever. Fabricæ Mendicantes poſſent legata recipere. Quodquè verò ſi ab hac reſolutione recederetur, cauſa eſſet poſita in tuto pro noſtra inſtantia; Attamen cum nos verſemur in caſu quo adeſt res judicata Sacræ Congregationis Concilii pro obſervatione dicti Decreti, & hæredes renuant ſolvere Legatum Mendicantibus, de plano intrant facultates Fabricæ, uti in terminis præciſis Legati Panis, & Vini relicti Ca-
133 puccinis dixit *Rota deciſ.* 212. *num* 6 *§. Supererat coram Caval. & dicta deciſ.* 1326 *in fine coram Emerix Decano.*

134 Quæ citrà difficultatem amplectenda veniunt in caſu noſtro in quo habemus reſolutionem S. C. C. *Obſervetur Decretum Rev. Fabricæ.* Quod indefinitè procedit in iis Legatis annuis,

nuis, quæ remanente hæreditate penès hæredem, uti in casu nostro, iste remanet gravatus solvere annuas Eleemosynas, sivè Legata per viam Eleemosynæ relicta Mendicantibus in quo d. annua præstatio, uti residens in libera ejus voluntate non lædit puritatem Regulæ Mendicantium emissa solita protestatione insinuata in similibus per *D.Bonav. relat. per dict. decis.* 1219. *num.* 14 *in fine coram bon. memor. Emerix Decano* secùs verò in aliis Legatis in quibus capitalias sunt collata in Sindicos Apostolicos, uti est casus
135 *Imolen.* in quo potest oriri difficultas decidenda per EE. PP. alias si Theresiani hæredes essent immunes à solvendo dictum Legatum Mendicantibus, & Fabricæ, redderent elusoriam dictam resolutionem, quod est ridiculum dicere; In quo enim consisteret observatio Decreti demandata, nisi forsàn Theresiani prætenderent observationem consistere in sola lectura Decreti, cum ulterius deberent scire observationem consistere in executione illorum, quæ reperiuntur disposita in ipso Decreto, quod uti approbatum à Sac. Pontifice habet vim legis omninò observandæ. Quarè &c.

Petrus Marcellinus de Luccia.

SUMMARIUM.

136 *Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.*

137 IL Monastero, e PP. Carmelitani Scalzi sotto il titolo di S. Teresa di Salerno humilmente espongono, come essendo stato lasciato herede universale, e particolare usufruttuario, e proprietario &c. dal quondam Dottor Fabritio Pinto, viene da esso Testatore gravato di sodisfare scud. 800. in circa delegati &c. Supplicano in tanto umilmente l'EE.VV. dichiarare &c. che sia lecito ad esso Oratore &c. à valersi del prezzo

C 4 così

136 Num. 1. *Particula Testamenti in quo hæredes gravantur ad solvendam eleemosynam dietim PP. Mendicantibus relinquitur uti data antecedenter num.* 35.

137 Num. 2. *Memoriale datum S.C.C. per PP. Discalceatos ex quo resultat fuisse cognitam, & acceptatam illorum obligationem per Testatorem ipsis impositam.*

così delli argenti, come delli quadri &c. tanto più che essendovi trà gl'altri legati uno di grana cinque il giorno per minestra di verde a trè Conventi di Mendicanti Francescani &c. e non essendone essi Conventi capaci per trattarsi di legato di vitto quotidiano &c. pensano essi Oratori di transigere il detto legato per una volta solamente per sodisfare la volontà del pio Testatore nel modo più possibile, nel quale li viene permesso anche secondo li decreti della Sac. Congregazione per la quale transazione li necessita somma maggiore &c. die 15. Septembris 1703. Sac. Congregazio Concilii rescripsit *Pretium argentorum applicetur in solutione legatorum manualium, ut in voto.*

Auditore Sanctissimi.

138 Citentur &c. ad dicendum contra Memoriale cum Rescripto Sanctissimi, & interim &c. inhiberi &c. ne audeat &c. quidquam innovare in Tribunali Rev. Fabricæ Civitatis Salerni, & decretum &c. instantibus S Theresiæ Principalibus sivè &c. Pelusius Notarius Commissarius Rev. Fabricæ Civitatis Salerni PP. Capuccini, PP. S. Laurentii, PP. S. Nicolai del Monastero.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

139 PEr parte de PP. Carmelitani Scalzi di Salerno &c. si supplica, qualmente Fabrizio Pinto &c. lasciò che si dassero per elemosina ogni giorno per pietanza di minestra alli Capuccini, e PP. Osservanti cinque grana il giorno, e conosciutasi dal Testatore l'incapacità de' PP. Osservanti, e Capuccini ordinò che in nessun conto potesse subentrare la Rev. Fabrica in difetto di d. incapacità, ma che detto legato sii per non fatto *Somm. num.* 1.

Morto il Testatore nel 1701. li PP. Osservanti, e Capuccini &c. incominciorono a tormentare gl'Oratori &c. perciò furono forzati a comparire avanti l'EE. VV. per la dichiarazione

138 Num. 3. *Citatio facta per PP. Discalceatos.*

139 Num. 4. *Informatio data per PP. Theresianos in S. C. C. die* 8. *Maii* 1706. *super qua fuit rescriptum lectum.*

zione se si doveva detto legato, e disputato il Dubio sotto li 14. Giugno dell'Anno 1704. fu dall'EE. VV. rescritto *serventur Decreta R. F. sub die 14. Februarii* 1633.

140 Ma come che EE.SS. detta annua præstatione non si può fare per essere l'hæredità talmente scarsa come dal fol. *Somm. Num* 2. che non basta pagare li Legati Pii delle Messe lasciate, & Anniversario da d. Testatore conforme attesta l'Ordinario nella sua Relazione *Somm. Num.* 3. e per molti cap., che si dirà appresso perciò gl'oratori con li PP. Capuccini sono venuti a concordia di pagare alli Sindici Apostolici una sol volta duc. 150 con erogarli in beneficio della Chiesa come da publico Istromento *Somm. Num.* 4 e di ciò supplicatone la somma bontà dell'EE. VV. si degnorono rescrivere pro Informatione all'Ordinario di Salerno, quale sotto li 7. di Agosto del passato anno informò &c. alla quale Relazione &c. fu rescritto *lectum*.

Per tanto gl'Oratori supplicano &c. recedere dal detto Rescritto Primo quantunque il Testatore fa apparire una heredità opulenta è Ricca pure s'è visto, che viene ad essere povera stante, che lascia molti Legati Pii, & usufruttuaria la Sorella, del Testatore l'attesta l'ordinario nella sua Relazione *Sommario num.* 3 *&c.*

141 Secondo. Tutta quella qualità d'oro, & argento è moneta lasciò scritto in Testamento doppo la sua Morte non si ritrovò &c.

Terzo. Li Pesi grandi delle Messe, & Anniversarii, che ha lasciato d. Testatore *Somm. Num.* 1. quali vengono preferiti a qualsisia altro Legato Pio conforme decise la S. Rota in Hortana 3. Martii 1684. coram Albergato &c.

Ne osta il decreto della R. Fabrica del 1633. dove dispone, che d. Legati non si possano estinguere ne componere mercè, che li medesimi Decreti parlano solamente, che non si possano estinguere dalli Commissarii della Fabrica &c. quali Decreti non derogorno alla Bolla di Clemente VII. &c. Undè &c. si supplica &c. del loro beneplacito.

Alla

Hæreditas decantata insufficiens, sed motivum fuit rejectum à S.C.C.

Allegatur Decretum Rev. Fabricæ Anni 1633. *& acceptatur per Theresianos.*

Alla S. Cong. del Concilio - Salernitana -- Per li PP. Carmelitani Scalzi -- con li PP. Capuccini --
Et proposita causa die 8. Maii 1706. fuit rescriptum lectum.

142 Christi &c. In Causa &c. Inter D. Petrum Marcellinum de Luccia nomine de quo in actis &c. & RR. PP. Discalceatos Reos Conventos &c. de & super observatione, & executione Decretorum R. F. die 14. Februarii 1633. Emanat. ac S. Cong. Concilii emanat. die 12. Junii 1704. super solutione legatorum per bon. mem. Fabritium Pinto &c. Dicimus nisi infrà quindecim dies &c. realiter, & cum effectu dictis decretis, & Monitorio super illorum executione &c. paruerint &c. ex nunc prout ex tunc in Excommunicationem &c. incurrisse.
Item pari sententia dicimus &c. PP. Discalceatos teneri, & obligatos esse solvere d. annuas Eleemosynas &c *in omnibus, & per omnia ad formam Decretorum R. Fabricæ* ad quorum formam, & tenorem, quodcumque Mandatum relaxamus &c. Ità pronunciavi Ego Carolus Cerrus.
143 Christi &c. In Causa &c. inter RR. FF. Reformatos, Minores, & Capuccinos &c & D. Petrum Marcellinum de Luccia nomine &c. & R. P. Carmelitas Discalceatos &c. hæredes q. Fabritii Pinto &c. de & super executione decretorum S. Congreg. emanat. die 12. Junii 1704 & alterius R. Fabricæ S. Petri emanat. die 14. Februarii 1633. &c. Dicimus ass. censuras ac cedulones in præcedenti nostra sententia, Contrà R. P. Carmelitas relaxatas &c. revocandas &c. fore & esse &c.
144 Item &c. Dicimus in executionem antedictorum decretorum S. C. C. & R. Fabricæ S. Petri dd. PP. Reformatis, & Capuccinis nullum jus nullamque actionem competiisse pro solutione, & exactione supradicti legati obulorum quindecim singulo die &c. relict. à qu. Fabritio Pinto &c. & propterea PP. Carmelitas ad solutionem præfati legati non teneri neque obligatos esse, ac ab omnibus molestationibus &c. absolvendos &c. prout absoluimus &c.

Appellat.

142 Num. 5. *Sententia A. C. Cerri relaxans censuras pro executione Decretorum S C. C. & Rev. Fabricæ.*
143 Num. 6. *Sententia revocatoria præcedentis.*

Appelat. die 1. Februarii 1707.

145 Salernitana legati Eminentiſs. & Reverendiſs. Domine legatum relictum &c.

Non obſtat quod etiamſi PP. Adverſarii percipere non poſſent legatum, nihilominùs ſemper debeat ſolui R. Fabricæ, quæ ſubintrat in locum legatarii incapacis vigore decretorum Congregationis ejuſdem Fabricæ anni 1633. *relat. à Fagnan. in d C. nimis prava num.* 59.

146 Siquidem cum Teſtator ad hunc caſum reſpexerit, & expreſſe prohibuerit ne legatum ad Favorem Fabricæ umquam cederet procedere non poteſt diſpoſitio prædicti decreti cùm refragetur expreſſa voluntas Teſtatoris, quæ eſt ad unguem ſervanda ut in terminis benè firmat *Ridolphin. allegat.* 75. *nu.* 11. *Marant. reſponſ.* 20 *n.* 18. *par.* 1. *Rot. in Rom. Fabricæ* 16. *Apr.* 1602. *coràm Corduba.*

147 Nec attendi meretur ſi dicatur Teſtatorem prohibere non poſſe quo minùs R. Fabrica ſe non intromittat in legatis relictis incapacibus juxtà decretum ab eadem Fabrica emanatum ſub die 18. Martii 1626. quod refert *Veſpignan. in comp. fol.* 40. *Card. de Luc. in Relat. cur. diſcurſ.* 20. *num* 30. Etenim cum in caſu noſtro Teſtator affectionem habuerit ad PP. Adverſarios, & in caſu eorum incapacitatis legatum factum aunullaverit, & pro nullo habuerit *noſtro Summ. Num.* 1. hoc ſanè caſu non applicatur diſpoſitio d. Decreti nec intrant facultates Fabricæ, quià ſi nullum eſt legatum privilegium Fabricæ facere non poteſt, ut quod non eſt deducatur ad eſſe, firmat. *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib* 1. *cap.* 10. *§.* 2. *num.* 16. *Ridolphin. dicta allegat.* 75. *num.* 9. ex gratia viden. ubi alii concordan.

Ponderando &c.

Xaverius Spinelli.

Stato

145 Num. 7. *Reſponſio data per Thereſianos in S. C. C. tempore quo fuit propoſita Cauſa, & motiva rejecta cum reſcripto* obſervetur Decretum R. Fabricæ 14. *Februarii* 1633.

148 Stato hereditario, & Inventario delli Beni lasciati dal qu. Fabritio Pinto alli PP. Theresiani cavato dal testamento &c.

Un Palazzo grande con suoi membri distanti è Cantine posta nella piazza d. del Campo.

Una Casa attacata a d. Palazzo f.	duc.	50	
Una Tenuta d. Massaria con Casa sita nel Gasale della Passena d. del Paradiso f.	duc.		
Censuata per duc. 50. annui frutta	duc.	45	
Censo con Anna Girò f.	duc.	18	
Fiscali Annui sopra l'Università di Calabritto f.	duc.	71	
Fiscali sopra li Sali del Mare f.	duc.	2	40
Fiscali sopra S. Arrendimento de nuovo imposto	duc.	2	60
Fiscali sopra la Dogana di Napoli di capitale duc. 2000 fr. in circa f.	duc.	120	
Capitale di duc. 1100 douto dalli Scoles f.	duc.	77	
Fiscali ed Adona della Saponara f.	duc.	15	
Somma il frutto di	duc.	401	0

Mobili Argenti trè bacili, trè bocali una canestra, trè guantiere	duc.	
Contanti f.	duc.	
Quadri trà grandi è piccoli quelli secondo il testamento del Pinto si enunciano di gran valore è l'enunciativa del testamento	duc.	
Il studio	duc.	

149 Salernitana Legati -- R.P.D. Balestra &c. -- R.P. Fabritius Pinto &c.

Secunda quæ est fatalis &c. resultat ex ipsismet decretis S C. C. &c. nam proposito dubio. *An legatum sit præstandum &c.* ema-

148 Num. 8. *Inventarium Bonorum Testatoris desumptum à suo Testamento* juxtà *depositionem Notarii datam in S.C. Concilii cum annuo fructu.*

149 Num. 9. *Confessio Adversariorum quod intrent facultates Fabricæ in vim resolutionis S.C.C. desumpta ab informatione data in Signatura Justitiæ die* 15 *Novembris* 1706.

emanavit rescriptum observentur Decreta R.Fabricæ emanata de anno 1633. quibus habetur nullam actionem nullumque jus Fratribus adversariis eorumque Sindicis seu procuratoribus competere ad effectum consequendi hujusmodi legata', *quæ tantum Fabricæ applicari possunt*; Unde cùm standum sit hisce decretis non est cur quæramus de quæstione jam à S. Congregatione decisa, & exaduerso acceptata mediante petitione, & sententia obtenta super illius executione &c.

Quarè &c.

Franciscus Maria Falconius.

Informatio data coram S.C.R. Fabricæ pro RR. PP. Therefianis die 20. Julii 1607.

Salernitana Legati.

151 EMinentissime, & Reverendissime Dominē. Hæredes instituit universales Ven.Conventum, & RR. PP. Carmelitas Discalceatos Civitatis Salerni Principales nostros quondam Fabritius de Pinto in ejus, sub quo decessit Testamento condito die 6. Julii 1699. illosque pluribus legatis tàm piis, quàm prophanis gravavit, & præsertim favore PP. Capuccinorum, & Minorum de Observantia in obulis quindecim quolibet die præstandis pro quotidiana pitantia, & victu, & licèt Testator fretus auctoritate Bertacchini in ejus repertoriis credidisset dictos fratres de Observantia fuisse capaces hujusmodi quotidiani, perpetuique legati; Nihilominùs valdè timens de sua opinione ejus dispositioni super addidit, quod in casu, in quem fortasse dd. Fratres de Observantia Legatarii propter eorum exemplarem Regulæ puritatem incapaces fore diiudicarentur, tùnc & eo casu Reverenda Fabrica minimè in dicto legato subintrare posset, sed illud annullando, & irritando, ac si legatum factum non fuisset, liberum omninò remaneret penès Conventum, & PP. hæredes ab eo institutos, ut patet ex Testamento, quod in necessariis datur *Summario num.* 1.

152 Pro solutione dicti legati D. Luccia exaduersò Scribens uti assertus Syndicus Apostolicus, ac uti unus de Populo autumans

mans legatum antedictum suis Fratribus de Observantia deberi, eosque capaces esse recursum habuit ad Sacram Congregationem Concilii, in qua disputato de more Dubio -- *An legatum esset præstandum, & injungendum Archiepiscopo Salernitano, ut ad executionem Testamenti procederet*; Eoque proposito die 14. Junii 1704. dicta Sacra Congregatio reiiciendo Patris instantiam rescripsit -- *Observentur Decreta Rev. Fabricæ emanata die* 14. *Februarii* 1633. ut ex particula contrariæ Informationis impressæ *Num.* 2.

153 Ex petiit deinceps d. D. Luccia nomine quo suprà coràm A. C. Cerro executionem dictorum Decretorum Sacrarum Congregationum, & discussa causa formitèr, recognitaque incapacitate PP. Adversariorum ex eisdem Decretis, quibus prohibetur acquirere posse hujusmodi legata perpetua, præsertìm respicientia proprium, & individuum commodum ipsorum Fratrum, cùm nostrum legatum specificè relictum appareat pro quotidiana pitantia, juxtà magistrales decisiones *in Turritana Eleemosynarum coràm bon. mem. Emerix intèr ejus impress. la* 1219. *& decis.* 1326. Summo jure dictus A.C. Cerrus Sententiam absolutoriam protulit, qua difinitivè declaravit nullum jus, nullamque actionem dd. Fratribus Adversariis pro assequendo præfato legato competiisse, & competere, ut *Num.* 3.

154 Agnita incontrovertibili, & notoria incapacitate consequendi prædictum legatum antedictus D. Luccia non ampliùs uti Syndicus dictorum Legatariorum, sed uti Procurator Reverendæ Fabricæ; ad istius Tribunal eo nomine, se convertit, prætendens, quod attenta incapacitate consequendi dictum legatum per Sententiam in casu præciso constabilita subintrat eadem Reverenda Fabrica juxtà suas notorias facultates, & ob id novum judicium instauravit coràm R.P.D meo Severolo, pro applicatione dicti legati favore ejusdem Reverendæ Fabricæ, qui Judex partes ad hanc Sacram Congregationem remisit; Undè cùm in præsenti causa proponatur sub nomine totiès dictæ Reverendæ Fabricæ, supplicamus favore nostrorum Principalium rescribendum fore -- *Non intrare facultates Reverendæ Fabricæ*.

155 Licèt enim eidem Reverendæ Fabricæ attribuatur à Summis

mis Pontificibus, & Decretis ab hac Sacra Congregatione emanatis facultas applicandi legata, & pias dispositiones, de quibus Legatarii incapaces existunt, & in locum Legatariorum subintret, & subrogata sit, ac si ab ipsis Testatoribus substituta fuisset, juxtà relata per *bon. mem. Vespignan. in Compend. fol.* 25 §. 2. *& fol.* 33. §. 4. Nihilominùs facultates hujusmodi locum obtinent, quotiescumque vel alitèr dispositum non sit à Piis Testatoribus, vel contraria eorum voluntas non resistat, alitèr autem disponentes Testatores, vel quod isti in casu incapacitatis, seù alterius similis eventus disposuerunt favore alterius personæ, tunc Reverenda Fabrica in hujusmodi legatis, & dispositionibus subintrare non potest, eandemque subrogatam esse dici nequit, quia expressa dispositio facit cessare tacitam, nàm constitutiones Apostolicæ facultates Reverendæ Fabricæ tribuentes, non derogant menti, & voluntati testantium, minusque contrà expressam illorum voluntatem succedere faciant, in præjudicium præmaximè tertii, qui

156 relicto substitutus reperitur, ut testatur *Marant. olim Aduocatus Reverendæ Fabricæ resp.* 20. *num.* 18. *vers. Facultates Reverendæ Fabricæ locum non habent contrà Testatorem voluntatem, & resp.* 32. *num.* 26. *vers. Dictum etiam fuit aduersùs Fabricam ipsam haud posse venire contrà defuncti voluntatem cùm hoc sibi per Summorum Pontificum privilegia non concedatur, & num.* 29 *par.* 1. latè *Rub. de Testament. cap.* 84. *num.* 269 *& seq* & egregiè dixit *Rota in celebri Romana Fideicommissi de Ruspolis coràm bo. mem. Rondinino impress. post Balducc. ad Ramon. tom.* 4. *decis.* 5. *num.* 7. Nil enim sanctius, & æquum est, quam defunctorum suprema elogia religiosè servare ad *Text. in l. cùm antiquitas* 28. *Cod de Testam.*

157 *Auth. de Eccles.* §. *Si quis ædificationes, & l. unica Cod. de Iudor. lib.* 11. *Rot. decis.* 80. *num.* 1. *par.* 19. *tom.* 1. Non enim destruit, sed exequitur ultimas voluntates Reverenda Fabrica, ut in nostris terminis firmat *Angel. Ridolphin. alleg.* 75. *sub num.* 11.

158 Quamobrem cum noster Testator expressè ordinaverit, quod in casu, quo PP. Legatarii de Observantia incapaces existerent assequendi relictum quotidianum obulorum 15. singulis diebus pro eorum pitantia, & victu, legatum habe-

retur

retur pro non scripto, ac disposito, sed illud omninò revertatur, & accrescat ejus hæredibus, itaut nullum jus quæri possit Reverendæ Fabricæ Sancti Petri, ut *dicto Num.* 1. ibi -- *In tal caso annullo, invalido, e dò per irritto, non scritto, nè fatto detto legato, non volendo, che essa Fabrica acquisti nessun'jus, mà che come non fatto, nè disposto restino liberi à detto Monastero erede, e suoi Padri:* Planum fit, quod declarata per Sententiam diffinitivam incapacitate Legatariorum assequendi legatum eis sub dicta conditione relictum, ut *d. Num.* 2. factus fuit locus dispositioni Testatoris favore hæredum Principalium nostrorum, quibus purificata dicta conditione legatum relictum fuit juxtà auctoritates superiùs allegatas, quibus additur *Gastald. consult. for.* 226. *num.* 14. *Rota coràm Cavaler. decis.* 212. *num.* 5. & alibi passìm.

159

160 Non obstat, quod dicta Testatoris dispositio exclusiva Reverendæ Fabricæ Sancti Petri uti tendens in illius odium vitietur, & proindè remaneat subjecta Legibus, & Constitutionibus Summorum Pontificum, ex quibus legatum incapacibus relictum Reverendæ Fabricæ applicari sancitum est juxtà auctoritates, & Decreta hujus Sacræ Congregationis exaduersò forsàn alleganda: Quoniàm auctoritates præfatæ, & Decreta loquuntur, & locum obtinent, quotièsagitur de legatis puris, & simplicitèr relictis ad adimplendum aliquod factum cum prohibitione, nè Reverenda Fabrica, vel Episcopus se ingerat relicta omnimoda libertate exequendi legata, piasque dispositiones Executoribus, vel ipsis hæredibus, in hoc autem casu non licèt Testatoribus prohibere, quod sivè Episcopus, sivè Reverenda Fabrica se ingerat in recognoscendo, an legata exequantur, & impleantur, cùm id videatur dare ansam hæredibus, & Executoribus defraudandi Testatorum voluntates, & pias dispositiones: Undè utpotè nutritiva peccati summo Jure dispositio hujusmodi irrita, & nulla diiudicata fuit.

161 Alitèr autem se habet in casu nostro, quo Testator disposuit, quod quatenùs legatum consequi non possent Fratres de Observantia, tunc habeatur pro non scripto, & nullo, illudque revertatur ad suos hæredes, volens idem Testator,

ftator, quòd Reverenda Fabrica nullum jus acquirere valeat; Undè cum Reverenda Fabrica in casu non dispositо à Testatore, data Legatarii incapacitate dicatur ex verisimili illius mente, ac si per fideicommissum substituta fuisset, ad superiùs notata per *bo. mem. Vespignan. in Compend fol. 25. §.2. & fol. 33. §. 4. & fol. 11. lit. F.* Sanè indubium esse videtur, quòd Testator expressè disponendo alteri, quam Reverendæ Fabricæ legatum incapaci relictum deberi, illudque pro non scripto, & casso haberi, ac si factum non fuisset; proindè omninò cessant facultates dictæ Reverendæ Fabricæ inhærentes verisimili menti disponentium, nè aliàs assequatur legatum, & substituta dicatur contra expressam eorumdem Testatorum voluntatem, ut in puncto legati relicti PP. de Observantia sub conditione, quòd quatenùs legatum dicti Patres habere non possent irritum, & nullum existat, & vadat ad hæ-

162 redes firmat plenissimè *Marant. resp. 32. à num. 18. & per tot.* & magis in specie casus nostri *in resp. 41. num. 105.* ibi - *Nisi aliàs Testatores ad se, suosque hæredes reverti legata hujusmodi disposuissent in casu incapacitatis*, ut plenè per *Sorbum in Compend. verbo Procuratores §. 3. & seq & in suis adnotationibus vers. Cujus Syndici munus fol 490. & seq.* & pluribus allegatis *Rubeus de Testam. cap. 83. num. 180. cum seq. ubi num. 183.* ait ibi - *Quod fortè puto sinè difficultate transire, quandò Testator ordinasset, nè Episcopus, vel Reverenda Fabrica manus imponeret, & in casu impositionis non sit legatum pium, & habeatur, ac si non esset relictum, Vasquez de success. &c.* & articulo formitèr reassumpto pro veritate ità determinavit *Angel. Ridolphin. allegat. 75. à num 9. usque ad finem*, ubi contrarias rationes confutat, & declarat.

163 Durissimum etenim aliàs esset, si Testatores, qui rei suæ Moderatores, & arbitri sunt, non possent de re propria disponere, & relinquere sub conditionibus sibi benè visis contrà omne jus naturale Canonicum, & Civile; novum namque non est in jure nostro, quòd legatum etiam pium sub aliqua conditione factum ea non purificata evanescat, & adimatur, ut exclamant jura mox allegata, & si valet in utroque jure legatum sub ea expressa lege, quòd nunquàm vadat ad Ecclesiam, seù alterum locum pium *Text.*

in

in cap. Ultima voluntas 13. quæst 2 & §. Disponat auth. de nupt. Rota decis. 135. *num.* 15. *part.* 7. *Recent.* nulla disparitatis ratione afferi potest, quarè prohiberi nequeat, quòd Reverenda Fabrica succedere non possit legato incapaci relicto, ut relatis concordantibus observat *Ridolph. d. allegat.* 75. *num.* 14. *cum seq.* ubi plures alias rationes adducit.

164 Undè cum noster Testator non solùm legatum relictum PP. de Observantia in casu, quo de illo incapaces forent, habere voluit pro non scripto, irrito, & casso, sed ulterius mandavit, quòd PP. Principales nostri, & illius hæredes liberi omninò evaderent ab illius solutione, ibi - *Mà che come non fatto, nè disposto restino liberi detto Monastero, eredi, e suoi Padri:* Clarùm omninò redditur, quòd Reverenda Fabrica nihil prætendere possit, nè dicamus, quòd succedat juxtà suas facultates in exclusionem illius personæ, cui Testator voluit, quòd legatum recaderet, ut benè notant auctoritates allegatæ, & in specie *Marant. dicto resp.* 41 *num.* 105. *par.* 1. *Ridolph allegat.* 75. *num.* 10. 11. & 12. cùm ibidem plena manu cumulatis, & novissimè hoc Sac. Tribunal respondit in longè debilioribus terminis legati exclusivi Rev. Fabricæ in genere non intrare facultates Reverendæ Fabricæ sub die 16. Martii currentis anni 1707. in Causa Imolen. Donationis.

165 Quatenus autem à D. Exaduerso Scribente repetantur ea, quæ concernunt capacitatem, vel incapacitatem Legatariorum, cum non sit præsentis inspectionis stante Sententia prolata à Judice per ipsam partem suscepto, donec ex aduerso revocatio non obtinebitur semper illa supponenda erit in hoc Sacro Tribunali, maximè quia pars adversa aditum habet de illius viribus agendi coram Judice appellationis, ad quem obtenta restitutione integrum accurrere valet.

166 Atquè ideò pro omnium remotione, quæ extrà punctum afferri possent, urget inevitabile dilemma, aut enim Legatarii sunt capaces hujusmodi Legati, & Rev. Fabrica nullum Jus habet, cum illius facultates applicandi Legatum versentur in casu incapacitatis Legatarii, aut sunt incapaces, & pariter nullum Jus habere potest eadem

Rev.

Rev. Fabrica; cùm attenta hujusmodi incapacitate Legatum sit ab eodem Testatore ab illa ademptum, & applicatum illius hæredi, ad quem liberè Legatum spectare voluit ex rationibus superiùs animaduersis.
Quarè &c.

Franciscus Maria Falconius.

Summarium relinquitur ne repetantur jura alias data num. 35. & 143.

Informatio distributa pro parte RR. PP. Theresianorum sub die 9. *Februarii* 1708. *coram C. R. Fabricæ.*

Salernitana Legati.

167 EMinentissime, & Reverendissime Domine. Proposita hujusmodi causa in Congregatione habita die 20. *Junii præteriti* ad instantiam Rev. Fabricæ emanavit rescriptum *Circumscripta Sententia A.C. observentur decreta emanata die* 14. *Februarii* 1633.. Cumque non modicum irrepserit æquivocum exaduerso insinuatum; obtenta idcircò licentia redeundi; reproponitur in præsenti, & Patres Carmelitæ Discalceati principales nostri humilitèr supplicant prævio recessu à decisis, *non intrare facultates Rev. Fabricæ* rescribere, & ut intentum assequantur liceat factum altiùs reassumere.

168 Fabritius namque Pintus in suo Testamento condito die 6. Julii 1699. hæredem usufructuariam vita durante reliquit pro medietate suæ hæreditatis Annam ejus Sororem, in altera verò medietate Vener. Conventum Sanctæ Theresiæ Patrum Carmelitarum Discalceatorum Civitatis Salerni, & proprietarium post obitum dictæ ejus Sororis in tota hæreditate, ordinavitque plura Legata, alia statim persolvenda, pleraque autem annua, & perpetua ex fructibus à dicto hærede proprietario præstanda, inter quæ perpetuò legavit PP. Capuccinis, Reformatis, & Minoribus Sancti Francisci de Observantia ejusdem Civitatis obulos quinque singulis diebus solven. unicuique Conventui præ-

dictorum Fratrum pro eorum *quotidiana pitantia*; Verùm quià Testator justè dubitavit, quòd dictum Legatum perpetuum concernens solam utilitatem, unicumque commodum Religiosorum, repugnaret puritati Regulæ Divi Francisci, qua profitetur vera paupertas; Ideòque dd. Fratres prorsùs incapaces esse, disposuit, quòd in tali casu dictum Legatum nullum, & irritum, & ac si scriptum non fuisset, haberetur, illudque liberum omninò remaneret apud Conventum, & PP. Carmelitas ejùs hæredes institutos, ità ut Rev. Fabrica S. Petri nullum Jus in dicto Legato acquirere posset, minusquè manus in ea ponere, ut est inter partes, & patet *ex Summario præterito* ex gratia reassumen. *num. primo.*

169 Fato cessit Testator longè post conditum dictum Testamentum, nempè die 26. *Decembris* 1701 & licèt fructus medietatis hæreditatis, quibus ex dispositione Testatoris persolvenda sunt Legata perpetua, PP. principales nostri hæredes nullos in proprium usum convertere possint, quià ex lege Sacræ Congregationis Concilii quolibet anno illos investire debent usque ad summam duc. 700. pro reintegratione nonnullorum argentorum venditorum pro solutione æris alieni Testatoris; Imò dd. Patres de proprio usq; de mense Februarii præteriti impenderunt duc. 150.77. *Summ. præsenti num. primo;* Tamen PP. Legatarii Adversarii pro consequutione dicti diurni Legati obul. 15. *pro eorum pitantia* relicta agere cæperunt in Sacra Congregatione Concilii, opponentibus verò principalibus nostris eorum incapacitatem assequendi, & possidendi dictum Legatum, propositum fuit dubium die 14. *Junii* 1704. *An Legatum sit præ-*
170 *standum;* expostulantes præfati Legatarii sub nomine Sindicorum Apostolicorum rescribi -- *Legatum esse præstandum, & injungendum Archiepiscopo Salernitano, ut PP. hæredes ad solutionem cogeret*; quarè contigit disputari, dumtaxat capacitas, seù incapacitas eorumdem Legatariorum, & Sacra illa Congregatio *reiiciendo* illorum instantiam rescripsit -- *Observentur Decreta Rever. Fabricæ emanata die* 14. *Februarii* 1633. in quibus constabilitur incapacitas possidendi hujusmodi Legata, & prohibetur eis tàm nomine proprio, quàm nomine Sindici, seù alterius cujuscumque

personæ

personæ judicialitèr, & extrajudicialitèr non solum agere, sed etiam petere, ut *præsenti Summario num.* 2.

171 Credidit D. Luccia Procurator, & uti Sindicus pro dictis Legatariis comparens, victoriam reportasse; Undè pro executione antedictæ resolutionis] Monitorium ab A.C. Cerro obtinuit sub comminatione Censurarum, *ut num.* 3. eoque in actis reproducto successivè nemine contradicente expiscari studuit Sententiam diffinitivam, qua relaxatæ fuerunt Censuræ contra principales, quatenùs infra quindecim dies à die præsentationis ejusdem Sententiæ minimè paruerint, acceptando Legatum, illudquè persolvendo, & per caput separatum declaravit idem A.C. Cerrus — *PP. principales nostros teneri, & obligatos esse solvere dicta annua Legata relicta in Testamento tàm decursa, quàm decurrenda, ad quem effectum mandatum, seù mandata necessaria relaxavit, ut num* 4.

172 Sed recurrentibus principalibus nostris ad Signaturam Justitiæ, hæc ad relationem R. P. D. Balestræ die 18. Novembris 1705. rescripsit — *A. C. Cerrus iterùm audiat suspensis Censuris*, cujus rescripti virtute reassumpta causa coram dicto Judice, & probato, quod PP. Legatarii tam ex præscripto Juris Canonici in Cap. *Exiit*, & Cap. *Exivi de Paradiso de verb. signific.* quàm ex DD. omnium Sententia, & demùm ex resolutionibus Sacr. Congregationum, & tandèm ex decreto ipso Rever. Fabricæ Sancti Petri emanato die 14. Februarii 1633. *ut dicto num.* 2. omninò incapaces essent assequendi hujusmodi Legatum concernens solam, & individuam commoditatem Legatariorum, eorumque usum, & victum, ut plenè refert, & magistralitèr de mandato Sacræ Congregationis Concilii decidit *Rot. in Turritana*
173 *Eleemosynarum coram bon.mem. Emerix Sen. inter* impressas *la decis.* 1219 *num.*1. *&* 2. *& decis.* 1326. *num.* 1. *&* 2. *& per totas*, Judex antedictus ineundo in saniorem sensum, revocavit Sententiam, qua relaxatæ fuerunt Censuræ, & declaravit PP. Legatarios incapaces proindeque *nullum jus*, *nullamque actionem eisdem, ac eorum Sindicis, Procuratoribus aliisque personis* eorum nomine venientibus pro assequendo dicto Legato competere, minusque PP. principales nostros via judiciali, seù coactione intercedente ad Legati solutio-

 nem

nem teneri, & obligatos existere, ut latiùs habetur in præterito *Summ.num.* 3.

174 Ab hujusmodi Sententia non acquiescentes PP.Legatari, seù D.Luccia illorum ass. Sindicus Apostolicus appellavit, *ut num.* 5., & dùm pendebant fatalia ad prosequendam causam, antedictus D. Luccia putans intrare secundam partem decretorum hujus Sacræ Congregationis supradicta die 14. Februarii 1633. emanatorum, nimirùm, quod renuentibus hæredibus spontè solvere Legata relicta Fratribus de Observantia, transacto tamen biennio, possit Rev. Fabrica sibi applicare juxtà suas ordinarias facultates; Idcircò indutus veste Procuratoris ejusdem R.Fabricæ, præsupponendo Justitiam, & validitatem Sententiæ A.C Cerri super incapacitate prolata, ut dictum est, egit coram mem. Severolo pro applicatione dicti Legati, & decretum in contumacia obtinuit *ut num* 6. à quo tamen reposuit, remittendo partes ad hanc Sacram Congregationem, in qua pendebat eadem fermè quæstio in *Imolen. Donationis* nempè, an licuisset Testantibus prohibere ne Rev. Fabrica manus apponeret, & Legatum sibi applicare posset non obstante, quod Legatum nullum, irritum, ac non scriptum dispositum fuisset; Imò non attento, quòd Legatariis datus fuisset substitutus, ut est in casu nostro ut supra exposuimus, & constat ex *præterito Summario num. primo*.

175 Ad formam ergò hujus decreti proposita causa in Congregatione habita 20. *Junii* anni præteriti perperàm supponens D. Procurator Fiscalis Rev. Fabricæ, quòd A. C Cerrus non potuisset manus apponere in hac causa, sed privativè spectare debuisset ad Tribunal Rev. Fabricæ citrà omnem expectationem emanavit rescriptum -- *Circumscripta Sententia A.C.observentur decreta Rever.Fabricæ emanata die 14 Februarii* 1633. · Adversùs quam resolutionem denuò supplicamus prævio recessu à decisis rescribere - *Non intrare facultates Rev. Fabricæ*, & ex solita Emminen. PP. Justitia annuendum omninò confidimus.

176 Quod enim attinet ad primam partem rescripti respicientis circumscriptionem Sententiæ A.C.recessus à decisis planus omninò videtur, sivè inspiciamus in genere facultates A. C. sivè

C., sivè illas consideremus in casu concrèto; In genere autem introspectis facultatibus nimis tritum est A. C. esse Executorem generalem omnium decretorum, resolutionum quarumcumque Congregationum, Sententiarum, mandatorumque à quibuscumque tàm Sæcularibus, quàm Ecclesiasticis Judicibus in Curia, & extrà Delegatis, Subdelegatis, & à Sacri Palatii Apostolici Auditoribus, imò ipsomet Principe relaxatorum, & promulgatorum, ut sunt apertæ, & nimis notæ Constitutiones Apostolicæ, & præcæteris illa præcedentium confirmatoria san. mem. Pauli V. *Constit.* 28. *§.* 15. penès *Cherubin. Constitut.* 20. & testatur practicus *Risolphin part.* 1. *cap.* 1.
177 *n.* 19. *&* 35. *& cap.* 13. *nu* 594. *&* 635. *Card. de Luca in relat. Romanæ Cur. discurs.* 34. *num* 9 *R. P. D. Masser. de Legat. Emil. & Aven. lib* 1. *cap* 22. *num.* 29. & ex professo dixit *Rota in Romana attentatorum* 29. *Aprilis* 1701. *coram Illustrissimo dell Olmo impress. apud Constantin. ad Statut. Urb. decis.* 183. *à num.* 1. *ad* 7 ubi alii concordantes allegantur confirmata *die* 2. *Julii* 1703. *§. Nec alias coram R.P.D. Ansaldo*, undè consequens est, quòd cum A.C. Cerrus in nostra hypothesi processerit juxtà præfatas facultates ad executionem decretorum, seù resolutionum Sacri Concilii inter has partes emanatarum demandātium observantiam decretorum Rev. Fabricæ æditorum die 14. Februarii 1633. non est dubitandum, quin omni Jurisdictione pollens valuerit Sententiam supra enunciatam proferre, quia Judex cum suam
178 Jurisdictionem capiat à Supremo Principe, de illius auctoritate dubitandum non est ad *Text. in leg. prima Cod. de vater. Jur. enucleand. Marchesan. de Comm. cap.* 1. *par.* 1. *sub num* 78. *fol. mihi* 11.

179 Non obstat, quòd facultates hujusmodi à Principe tributæ A.C. locum sibi vindicent in resolutionibus, & decretis emanatis in eo Tribunali, quod caret Judice particulari, secùs verò manus apponere valeat suprà Decreta Rever. Fabricæ, quæ suum Judicem particularem habet; Quoniam responsio patet ex lectura Constitutionis Pontificiæ san. mem. Pauli V., in qua restrictiva hujusmodi exaduerso insinuata prorsùs destruitur, dùm generalitèr loquitur,

imò specialitèr dat facultatem A.C. exequendi Sententias etiam illorum Judicum, qui de per se absque ministerio A. C. proprias Sententias exequi valent; loquitur enim de omnibus Judicibus tàm secularibus, quàm Ecclesiasticis, tàm in Curia, quam extrà, compræhenso etiam Tribunali Sac. Palatii, scilicèt Auditorio Rotæ, non enim credimus posse controverti, quòd hujusmodi Judices, & Tribunalia potestatem habeant proprias Sententias, propriaque mandata exequendi, & tamen A.C. relictis propriis Judicibus, qui Sententias promulgarunt, eas exequi valet, ut
180 benè sic respondendo firmavit *Rota recedendo à prioribus decisis in dicta Romana attentatorum penès D. Constantin. d. decis.* 183. *num* 1 *cum seq. confirmata supradicta die coràm R. P. D. Ansaldo*.

181 Differentia autem inter ea Tribunalia, quæ Judicem particularem habent, & ea, quæ dicto Judice carent, consistit in eo, quòd A.C. in primo casu habet facultatem dumtaxat cumulativam exequendi Sententias, & Decreta cum eisdem Judicibus particularibus, qui promulgarunt Sententias; In secundo verò casu habet Jurisdictionem privativam; Undè si Judex particularis manus apposuit in exequendo Sententiam, vel suam, vel sui Tribunalis, à quo Jurisdictionem sumit, nullam Jurisdictionem habet A. C. exequendi, secùs verò in secundo casu, quo semper A. C. est Judex competens in exequendo, ut benè ex Constitutionibus Pontificiis distinguunt authoritates superiùs allegatæ, & egregiè, & magistralitèr observa-
182 vit *Rota in dicta Romana attentatorum impress. penès citatum D. Constantin decis.* 183 *num* 3. & 4. *confirmata coràm R.P.D. Ansaldo* 2. *Julii* 1703. §. *Verum cum seq.* Quapropter cum ex parte PP. Legatariorum relicto Judice deputato hujus Sac. Congregationis elegerint A. C. Cerrum Judicem ex Pontificiis Constitutionibus cumulativam habentem, istius idcircò Jurisdictio refricari non valet, benèque potuit super petitis à Partibus pronunciare ex auctoritatibus mox allegatis.

183 Si hæc omnia procul dubio procedunt inspecta Jurisdictione Tribunalis A.C. in genere, & in abstracto, proùt in Curia nostra hoc Jure vivimus, eò certiùs locum habent, si respe-

ctus

ctus habeatur ad nostrum casum in concreto, in quo nulla, nec minima umbra defectus Jurisdictionis notari potest in A.C. Cerro proferendo Sententiam, de qua res est, ea fatali animaduersione, quòd nempè Decretum Sacræ Congregationis Concilii mandavit fore observanda decreta Rev. Fabricæ emanata *die* 14. *Februarii* 1633. ut dictum est; Undè aut A.C. executus fuit decretum Sacræ Congregationis Concilii, & sumus in claris, quòd de illius Jurisdictione dubitandum non sit, cum refricare Jurisdictionem in exequendo Decreta illius Congregationis esset ponere os in Cœlum, & exaduerso admittitur.

184 Si verò dictus A.C. executus fuit Decreta Rev. Fabricæ, ut exaduerso prætenditur, & res erit manifestissima, quià dicta decreta emanata die supradicta duas continent partes, alteram respicientem incapacitatem PP. de Observantia, talitèr, quod eisdem prohibitum est etiam sub pœna excõmunicatiõ s legata eis relicta petere, nec judicialitèr comparere posse neque per se, neque per medium Sindici, Procuratoris, vel alterius cujusvis personæ; Secundam verò respicientem interesse Rev. Fabricæ, cui tribuitur potestas sibi, vel Sedi Apostolicæ applicandi hujusmodi legata, ita ut transacto biennio cogere possit hæredem ad præstationem legati ejus arbitrio applicandi, vel Sedi Apostolicæ, aut Rev. Fabricæ, ut videre est penès *Lantusch. Theatr. Regul. verbo bona repetita* in compendio privilegiorum Rev, Fabricæ *recollect. per bon. mem. Vespignan. fol. mihi* 71. & ad majorem commoditatem referuntur *in præsenti Summario dicto num. primo.*

185 Cùm autem R.P.D. Cerrus juxtà primam partem dictorum decretorum ad istorum tenorem, & dispositionem declaraverit Legatariis, seù illorum Sindicis nullum Jus, nullamque actionem competere pro solutione, & exactione dicti Legati, revocando præcedentem Sententiam ab eo prolatam, qua declaraverat teneri, & obligatos esse solvere dictas annuas eleemosynas, & legata relicta in Testamento tàm decursa, quàm decurrenda, mandatumque, seù mandata desuper necessaria, & opportuna fore relaxanda, ut per extensum datum fuit *dicto præterito Summario num.* 3. Nemo non videt, quo Jure conqueri possit D.

Pro-

Procurator Fiscalis Rev. Fabricæ, Judicem excessisse limites suarum facultatum, dùm decisio isthæc percutit dumtaxat interesse particulare, & speciale partium, super quibus nefas est dicere, quod A.C. Jurisdictionem non habeat vulgatis Juribus.

186 Posset enim de turbata Jurisdictione conquæri, quoties A,C. tetigisset secundam partem Decretorum Rev. Fabricæ concernentem illius interesse, & facultates, quatenùs nempè declarasset legatum controversum non cadere sub censura illius dispositionis, vel quòd subjectum non foret applicationi Rev. Fabricæ, vel quid simile, quod tangeret illius interesse, ut diximus, sed cum totum contrarium gestum sit pronunciando dumtaxat super incapacitate legatariorum, quæ incapacitas non tantùm disponitur in recensito Decreto, sed de Jure communi habetur ex *Text. in cap. exiit, & clem. exivi de verb. significat.* & est consona D. D. Sententia, de qua plenè, & magistralitèr habetur *in celebri Turritana Eleemosynarum apud bon mem. Emerix superiùs citata*, adversùs quas, quamvis D. Advocatus Pitonius scripsisset, adhùc in ejus resolutionibus Canon. illarum subsistentiam, & veritatem fateri coactus fuit in resolutione.

187 Utique ineptum est excipere de defectu Jurisdictionis A.C. pronunciando, ut demandavit per legem generalem hoc Supremum Tribunal, & ut disponit Jus commune Canonicum cum concomitantia DD. ibidem Scribentium.

188 Hinc non regit unicus prætextus dicti D. Procuratoris Fiscalis, quod nempè A.C. nequeat Decreta Rev. Fabricæ aliquo modo interpretari, cum facultas hujusmodi præservata fuerit in Constitutionibus Pontificiis privativè huic Sac. Congregationi allegando *bon. mem. Vespignan. in dicto ejus opusculo super privileg. Rev. Fabricæ fol.* 14.

189 Ultrà quod etenim pro remotione objecti satis esset respondere negando suppositam interpretationem; Ea enim cadit super re dubia, non autem clara ad sensum *Rotæ decis.* 1117 *num.* 7 *coràm bon. mem. Emerix, & alibi passim*, nulla fanè clarior dispositio dari potest in hoc mundo, quam ea, quæ in prænotatis decretis statuitur, dùm litteris cubitalibus habetur, quòd pro legatis PP. de Observantia relictis ipsi,

nec

nec alii eorum vice tàm judicialitèr, quàm extrajudicialitèr agere possint, & petere solutionem legati sub pœna excomunicationis, *ut dicto num.* 2. Undè cum Legatarii judiciali contentione promoverint litem super solutione legati, quod à dicto Decreto Rev.Fabricæ expressè, & litteralitèr prohibetur, *ut dd.nu.* 3 *&* 4. summa ratione, & omnimoda Jurisdictione A.C. pronunciavit nullum Jus, nullamque actionem competere pro exactione dicti Legati, absque eo quod ulla interpretatione indiguisset, & absonum quippè esset, quòd A.C. inter personas particulares decidere nequiret causam utendo authoritate Decretorum hujus Sacræ Congregationis, veluti quilibet Judex pro lege nedùm observare tenetur, sed etiam venerari, ut docuit millies Sac. Rotæ Auditorium *ex decis.* 21. *num.* 5. *inter impress. ad mat. Cardinal. de Luc. de regular.*

190 Adhùc objectum radicitus evellitur ex superiùs adnotatis, nempe quòd, aut interpretatio cadit super interesse particularium personarum litigantium, & nemo asserere valet esse interdictum Judicibus Ordinariis, si verò agitur de interesse, & Jure Rev. Fabricæ, & utique sicuti eidem Tribunali data est privativa jurisdictio, sic interdicta est aliis Judicibus facultas illius causas decidendi, & interpretandi, ut relictis authoritatibus, habemus expressam constitutionem Julii Tertii, innovativam præcedentium Julii Secundi, Leonis Decimi, Adriani Sexti, & Clementis Septimi, in qua statuitur Jurisdictio hujus Sacri Tribunalis in illis causis concernentibus ibi -- *Aliquod interesse dam-*
191 *num, & præjudicium dictæ Reverendæ Fabricæ* -- Quam constitutionem refert *in sæpedicto Opusculo bon. mem. Vespignanus fol.* 88. Et consequenter cum, ut toties diximus, in Sententia A.C. nullo modo somniatum fuerit tangi interesse Rev. Fabricæ, sed tantum actum fuerit de incapacitate Legatariorum, tùm ex Juris dispositione, tùm DD. omnium, & Sac. Rotæ Romanæ Sententia, tùm denique ex Decreto per viam legis emanato ab hac Sac. Congregatione, dubitari ampliùs non potest de Jurisdictione A. C. qui PP. Legatarios incapaces declaravit, ideòque PP. Principales nostros, nec judicialitèr, neque extrajudicialitèr teneri ad illius solutionem juxtà dispositionem Decreti Rever.

Fa-

Fabricæ, Juris Canonici, & DD. placitum:

192 Et est adeò certa Jurisdictio A.C, in casu nostro, ac in nulla parte tactum fuerit interesse Rev. Fabricæ, quòd attenta dicta sententia declaratoria incapacitatis PP. Legatariorum emersit jus ejusdem Rev. Fabricæ prætendendi applicationem legati; Quare exaduerso institum fuit nomine Rev. Fabricæ declarari legatum spectare ad illam, eidemque esse applican., prout R.P.D meus Severolus primo loco pro applicatione decrevit, *ut dicto num.* 6. Facultates enim applicandi legata Pia sunt exercibiles in solo casu incapacitatis. Undè tantùm abest, quòd hæc sententia præjudicium attulerit Juribus Tribunalis, quin ejus Jura stabilierit, eaque attenta, potest applicationem prætendere, ut de facto prætendit, ut infra dicemus.

193 Constabilita ex his validitate, & justitia sententiæ A.C. eaque à figurato defectu Jurisdictionis prorsus vindicata, recedendum quoque videtur à secunda parte resolutionis, qua demandatur observantia decreti emanati anno 1633. 14. *Februarii*; Nàm, ut prænotavimus, decretum antedictum duas continet partes; primam nempè incapacitatem legatariorum, & secundam applicationem legati favore Rev. Fabricæ, cum de prima adsit mox dicta sententia A. C., & exaduerso fateatur dum applicationem legati spectare ad Rev. Fabricam contendit, & probatur ex auctoritatibus superiùs allegatis, ac extra controversiam ex decreto Rev. Fabricæ resultat *dicto num.* 1, de illa non est agendum.

194 De secunda verò parte concernente applicationem legati dissferendo summa facilitate etiam in hac parte, ut supplicamus, recedendum videtur ex eo, quòd habemus dispositionem claram Testatoris, qui voluit, quod casu quo legatarii incapaces essent assequendi legatum quotidianum *pro pytantia* illud irritum, nullum, & ac si scriptum non fuisset haberetur, sed omninò liberum suis hæredibus recadere deberet, nec ullum jus quæri posset Rev. Fabricæ, *ut dicto præterito Summario Num* 1. stante itaque hac palmari, & litterali Testatoris voluntate, quæ omnium in subjecta materia Dominans, atque Regina dicitur ad *Textum apertum in l cum quæstio in fin.C.de legat.* Rev. Fabricæ faculta-

tes

tes intrare non possunt, ea vivissima, & inevitabili ratione, quià sicuti Rev. Fabrica est executrix ultimarum voluntatum, esset de cætero illarum Testractrix, quatenus contra illius expressam voluntatem, & placitum legatum hujusmodi sibi applicaret, maximè quando Testator substitutum dedit, ut testatur Advocatus olim Episcopus Maranta hujus Sacri Tribunalis *resp.* 20. *num.* 78. *vers. Fa-*
195 *cultates Rev. Fabricæ, & resp.* 32. *num.* 26. *vers. dictum etiam fuit adversus R. Fabricam, & num.* 29. *par.* 1. *Rub. de Testam. cap.* 84. *num.* 269 *& seq.* & articulo formiter discusso *Rodulphin. allegat.* 75. *sub num.* 11. *usque ad finem*, & dixit etiam *Rota in celebri Romana Fideicommissi de Ruspolis impress. apud Balducc. ad Ramon. decis.* 5. *num.* 7. *tom.* 4. & nuper *in Anglionen. hæreditatis impress. ad mat. Card. de Luc de fideic. & legat. decis.* 49. *num.* 46. ubi alii afferuntur, & ne ad inquirendas Forenses authoritates in hoc articulo insudemus, supplicamus menti reducere; quod hæc Sac. Congregatio *in Imolen legati, seu donationis*, duabus in vicibus scribentibus Advocatis, & Procuratoribus de mandato ejusdem Sac. Congregationis articulo maturè discusso *non intrare facultates Rev. Fabricæ*, respondit sub diebus 16. Martii, & 20. Julii anni preteriti 1707.
196 Nullatenus attenta partis prætensione, quod scilicet Sac. Congregatio Concilii decreverit -- *Servanda esse decreta Rev. Fabricæ anni* 1633. Quapropter dicta resolutione attenta controverti ampliùs nequeat applicatio legati Rev. Fabricæ in eisdem decretis demandata, quoniam in manifestissimum involuit æquivocum. Quià Sac. illa Congregatio respondit dubio proposito, *an legatum sit præstandum,*
197 *& cogendos PP. Carmelitas Principales nostros hæredes ad illius solutionem*, cui respondendo *serventur decreta Rev. Fabricæ S. Petri die* 14. *Februarii* 1633. fuit idem, ac si dixisset *negativè*, quia in decretis præd. stabilitum est PP. Reformatos, & de observantia, ac Capuccinos legatarios non posse similia legata, nec possidere, nec petere, tàm in Judicio, quàm extra sub pœna excommunicationis; disputatum namque non fuit, nec poterat disputari; Nùm exclusis PP. Legatariis instantibus, legatum debitum foret Rev. Fabricæ, prout in præsenti residet disputatio, quia nihil in-

tereat

tererat legatariis, quod R Fabrica sibi legatũ applicaret, minùsque disputatio hujusmodi fieri poterat in illo Tribunali, stante interesse Fabricæ, ista potissimum minimè audita, nec citata, unde cum Sac. Congreg. quæstionem de qua nunc res est, nedum deciderit, sed minùs decidere potuerit absque interventu defensorum Fabricæ, & quod à Partibus requireretur; Illius proindè resolutio utpotè cadens super incapacitate consequendi legatum potiùs retorquetur, quam quod faveat parti contrariæ; Aliàs enim esset decisio super eo, quod Partes non disceptarunt, nec petierunt, quod est absurdissimum, ut recognosci potest ex positione data in manibus R. P. D. mei Vincentini, idque potiori Jure admittendum est ne dicamus Sac. Congregationem Concilii declarasse contra expressam Testatoris dispositionem, & decisionem hujus Sac. Tribunalis in hoc præciso articulo duplici Vice in illa *Imolen. Donationis*, nempè -- *facultates non intrare* -- & multò minus bon. mem. Severolus remisisset partes ad hanc Sac. Congregationem quatenus urgeret pro Rev. Fabrica solemnis resolutio Sac. Congregationis Concilii.

Quare &c. Franciscus Maria Falconius.

Summarium Jurium relinquitur quia fuit superius datum.

198 PRoposita igitur causa cum supradictis allegationibus & acriter informantibus PP. Carmelitanis, & deducentibus eorum prætensa jura tam in voce, quam in scriptis sub die 20. Julii 1707. unanimi RR. PP. voto fuit resoluta cum præsenti rescripto. *Circumscripta Sententia R. P. D. Cerri servetur Decretum R. Fabricæ* 14. *Februarii* 1633. & ulteriùs non quiescentibus iisdem PP. Carmelitanis uti resultat à præfatis allegationibus curavit resolutionis revisionem sub die 9. Februarii 1708. in alia repropositione, in qua denuò ipsis scribentibus, & informantibus, emanavit resolutio confirmatoria primæ cum rescripto. *In decisis, & amplius causa non proponatur*, & petentibus eisdem PP. qui saccubuerunt coram R. P. D. Auditore Sanctissimi Signaturam Gratiæ illa fuit denegata sub die 14. Martii ejusdem anni, itaut causa remansit cum tot Judicatis

199 dicatis posita in tuto; nam fuit è medio ablata, annullata revocata, & circumscripta Sententia, quæ in executionem Decreti R. F. declarabat PP. Theresianos non teneri ad solutionem Legati, quod est contra expressam dispositionem d. Decreti uti inferiùs demonstrabitur.

§ I I.

Adducitur decretum Rev. Fabricæ, & juxtà illius dispositionem ponitur in claris PP. Mendicantes D. Francisci esse capaces legatorum, juxta modum in eodem Decreto præscriptum.

Decretum Sac. Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe super Legatis relictis PP. Minoribus de Observantia S. Francisci.

200 CUm sæpiùs fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Ven. Fabricæ S Petri super annuis Legatis factis, seu facien ad favorem Fratrum S. Francisci Minorum de Observantia, cum onere Missarum, seu Officiorum, sive gratis, sive alio modo.

Prætendente Ven. Fabrica S. Petri ad illam spectare propter dd. Fratrum incapacitatem hujusmodi Legatorum.

Dictis autem Fratribus allegantibus posse annua legata hujusmodi recipere tuta conscientia, quatenùs hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere fratribus dd. Missas, & Officia, juxta sententiam S. Bonaventuræ, & Decreta S. Congregationis à S. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ Consultationibus præpositæ, sub die 4. Junii 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum provisione facta priùs relatione S.D.N. Urbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decrevit in futurum super hujusmodi Legatis observari, ut infrà.

Quod hujusmodi Legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris

ſtris Fabricæ faciendam, vel alio quovis modo; ſed illorum capitale, ſive ſors principalis, vel proprietas abſque aliqua diminutione conſervetur ſemper, & perpetuò ad effectum, ut in uſus Romano Pontifici pro tempore exiſtenti benè viſos poſſint applicari: ita tamen, ut quamdiù applicationem ſpecialem auctoritate Apoſtolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores poſſint liberè, ſi velint, dictis fratribus dare dicta annua Legata per eoſdem fratres recipienda in eleemoſynam, non autem per eos exigenda. Et quòd quævis extinctio, reductio, ſeu diminutio capitalis, ſeu proprietatis aliter abſque ſpeciali Romani Pontificis permiſſione facta, eo ipſo nulla ſit, nec debitoribus, aut aliis quibuſcumque ſuffragetur.

Quòdque Commiſſarii, aliique Miniſtri Ven. Fabricæ ſuper hujuſmodi capitale, ſeù proprietate ſupradicta, ſe de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, ſeu debitores aliquo modo moleſtent, niſi ad effectum reinveſtiendi in caſu reinveſtimenti, ſeu providendi, ut conſervetur, ut ſuprà, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apoſtolica fact. vel facien.

Et quòd nolentibus dd. hæredibus, vel debitoribus dare ſupradictis fratribus dd. eleemoſynas, ſeu annuas præſtationes, ſive Legata ut ſuprà ſolvere, vel illas, ſeu illa non ſolventibus, tunc & eo caſu lapſis duobus annis à die obitus Teſtatorum, ſi fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius ſolutionis, eadem Fabrica, & illius Commiſſarii, & Miniſtri id totum, quod ſolutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit ut ſupra elapſum biennium, vel ultra, poſſit & valeat annuas præſtationes hujuſmodi exigere, exigique facere ad ſui beneficium, juxta ſuas facultates, & Privilegia: ſalvo ſemper capitali, ſeu proprietate, ut ſupra, ad effectum, quòd hæredes, vel debitores (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem aliter non fuerit diſpoſitum, nec prædicta Legata in alios uſus ejus auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) poſſint, ſi velint, quandocunque futuris temporibus, & ſic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua Legata in eleemoſynam, ut ſupra, nec Fabrica eoſdem hæredes, vel debito-

res

res molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel ultra, ut supra; salva semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcunque bonorum, & reddituum, ac jurium eisdem Beneficiis, seu aliis usibus piis auctoritate Apostolica facta, vel inposterum quandocunque, & quomodocunque facienda, & executione litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarùm; itaut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ, & illlæsæ remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debeant, ita quòd neque Fabrica, neque hæredes, vel debitores præfati, ullo modo illas impedire, retractare, vel controvertere valeant, & salvis semper Sedis Apostolicæ auctoritate, ac facultatibus competen. dictæ Sacræ Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios Syndicos, Ministros, seu Procuratores tam sæculares, quàm Regulares dictas annuas præstationes, seu Legata, nec judicialiter tam coram quocumque Judice Ecclesiastico, quàm sæculari Ordinario, vel delegato, nec aliàs nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Cismontanæ familiæ à Sanctissimo D. N. deputatæ, ab hæredibus seu quibusvis aliis eorum debitoribus petere, minùsve dd. hæredibus seu debitoribus facere aliquas receputas pro dd. annuis præstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu eleemosynis supra dictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua verè fuerit iisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Provisos Apostolicos pro tempore de Beneficiis, quibus Legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & ministros super exactione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quovis quæsito colore, vel prætextu

textu audeant, vel præsumant. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ ex Collegio ejusdem Sacræ Congregationis die 14. Februarii 1633.

Dominicus Card.

Loco ✝ Sigilli.

201 ADeo inolevit apud insipientes, & sapientes propositio, quòd Religiosi D.Francisci sint incapaces bonorum, ut à primæva Seraphicæ Religionis institutione hinc inde scissa sint consilia itaut sub diversis temporibus ortæ diversæ sint Controversiæ in diversis urbis,.& orbis Tribunalibus, & diversæ emanaverint opiniones DD.& resolutiones diversorum Tribunalium in fine præsentis disceptationis congestæ Verùm quia in hac materia sunt amplectendæ decisiones jus facientes utpotè emanatæ re maturè discussa in Supremis Senatibus,merito relictis DD. placitis, ad easdem decisiones venit recurrendum,& permittenda DD. allegatio quatenus allegent pro ipsis resolutiones in subjecta materia emanatas.

202 Supponenda tamen est veridica & incontrovertibilis distinctio incapacitatis in casu de quo agitur, quòd duplex reperitur Incapacitas. Prima quæ dicitur Absoluta secunda respectiva. Absoluta est illa, quæ Consideratur in Religiosis inhabilitans illos ad nihil possidendum,& spolians illos omni jure,sive in re, sive ad rem,itaut eisdem nulla competat actio, cum illa destituta censeantur vigore Voti paupertatis in professione emissi, & vigore Regulę strictissimo vinculo paupertatis adstrictæ. Alia respectiva, & Conditionalis inhabilitans tantùm illos ad petendam rem, cum nullum jus ad illam petendam habeant, verùm habilitans illos ad recipiendum per viam eleemosinæ juxta deducta, & firmata per *P.Cirillum de Mor. Elemos. cas. 2. §.4. num. 20. p.* 540. *& casu p.§. 3. num. 2. Piton. in discept. discept. 2. num. 5. Rota in dicta Turritana Eleemosinarum toties citata §. sed cum nihilominus, & §. Poterunt & diximus sup. §. 1. n.* 143. *& seq.* & dicemus inferiùs.

203 Cui distinctioni addi potest Media, & est illa quæ supposita inca-

incapacitate præfata in eisdem Religiosis, remanet jus, & actio pœnes Sindicos Apostolicos ad aliquid petendum non nomine Religiosorum, verùm nomine Ecclesiæ, cui aliquid esset legatum, & relictum. Verùm quia prima Incapacitas consideratur respectu ad hæreditates, & substitutiones, secunda, quo ad legata relicta pro victu, & Vestitu, & Tertia pro Sacristia fabrica &c. itaut cum superiùs actum fuerit de incapacitate quoad legata pro victu, merito reliquid remanet dicendum de hæreditatibus substitutionibus, & legatis recuperandis per Sindicos.

204 Quoad hæreditates, & substitutiones, quia adest res Judicata A. C. Thomati Doctoris in nostra ætate nemini secundi tempore, quò munus locumtenentès A. C. doctissimi persolvebat confirmata per R. P. D. Silvam, super qua edidit doctissimum, & elaboratissimum Votum, quod forsan meliùs confici non posset, meritò illud subnectere duxi cum ulteriùs reperiatur impressum inter *Decis. post Em. de Luca* secundum impressionem Lugdunensem *super materia de Fideicom. decis.* 49. cujus tenor est.

DECISIO XLIX.

TEmporalium bonorum dominium à rerum divinarum contemplatione sæpesæpius hominum pectora distrahere consuevit; Insita quippe mortalium cordibus auri
205 fames eo majores thesauros anhelat, quo majorem pecuniarum copiam superlucratur, unde Vates * canebat.

Creverunt & opes, & opum furiosa libido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.

3 Hinc Seraphicus ille, S.P. Franciscus optimè cognoscens
206 difficultatem serviendi *Deo ac Mammonæ* id est divitiis (ut explicat Divus Hieronymus †) vix audivit illa Christi Domini verba *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque peram in via, &c. quia difficilè Dives intrabit in Regnum Cælorum* * quod renuntiatis ad

 favo-

* *Ovid. lib. 1. Fastor.*

† *Div. Hieron. apud Tyran. in commen. ad Evang. Matth. cap. 6. vers. 4.*

* *Matth. 10. cap. 19.*

favorem Patris omnibus bonis, & totaliter in divina providentia confisus, perfectissimam illam sibi ejusque Assecl:s vivendi regulam præscripsit, qua nihil possidentes faciliùs à terrenis curis expediti Deo vacarent, ejusque gratiam, in qua totum consistit, assequerentur, ut exitus
207 comprobavit, dum instituta ab eo Religio tot Deo sanctos totqua hominibus imitandæ vitæ exemplaria germinavit, undè factum est, ut quamplures Petri successores Ponti-
208 ficiis diplomatibus eandem regulam confirmaverint, & signanter Nicolaus III. *in c. exiit de verb. signifi.* & Clemens V. *in Clem. exivi eod tit.* omissis aliis Ecclesiæ Pastoribus, qui deinde successivis eorum Constitutionibus idipsum emolo-
209 garunt.

Regulæ hujus, ac prædictarum Constitutionum sensum mihi examinare contigit in quadam Causa Anglonen. hæ-
210 reditatis devoluta ad me in gradu Appellationis à sententia A.C. Thomati lata ad favorem Cleri Parochialis Ecclesiæ oppidi Arcangeli Cohæredis cujusdam Antonii de Cellento contra PP. Minores Observantes S. Mariæ de Ursoleo,
211 & PP. Reformatos S. Michaelis d. Oppidi, cujus factum ita se habebat.

Quondam Petrus de Cilliento in ultimo sub quo decessit elogio scripta sibi hærede proprietaria Rosa ejus filia, eidem sine filiis decedenti jussit. *Che della sua robba se n'babbia da fare tre parti, l'una a S. Nicolò Chiesa di S. Archangelo, la seconda a S. Maria Ursolea, la terza parte a S. Michel Arcangelo Convento de Reformati in S. Archangelo, e dd. Rettori di dd. Chiesa di dd. robbe, che sono di sua eredità, e se n'abbia da fare beneficio, e bene per l' Anima di esso Testatore*, & deinde instituto sibi hærede usufructuaria Dominica ejus Uxore, eamdem *levati gl'infrascritti legati, e fideicomm.* Dominam d. suæ hæreditatis instituit, & denique factis quamplurimis legatis, mandavit tam d. Dominicæ, quàm Antonio ejus genero, *che fatto sarà il caso di sua beredità li dd. frà Antonio, e Domenica babbiano da dividere detta sua Eredità a dd. Chiese*, *Proc. de part. f.* 1.

Objerunt tam d. Dominica hæres usufructuaria quam d. Rosa proprietaria nullis relictis filiis, quamobrem in partibus orta inter renunciatos tres cohæredes controversia super

per

per hæraditate prædicta, & opponentibus Clero, ac Presbiteris d. Ecclesiæ Parochialis incapacitatem dd. Fratrum cohæredum, placuit Episc. Anglon. demandare usque de anno 1655. per sententiam diffinitivam, quòd fieret divisio hæreditatis in tres partes æquales *d. Proc. f. 7 à tergo*, prout successivè deventum fuit ad d. divisionem d. *Proc. fol. 13 à tergo*, super qua deinde etiam transegerunt de anno 1674 d. *Proc. 15 à tergo*, possidendo Fratres præfati vigore præfatæ divisionis domunculam hæreditariam d. Testatoris usque ad annum 1686., de quo tempore restaurato in partibus Judicio in d. Curia Episcopali Anglon. ad instantiam ejusdem cleri, & Presbyterorum contra dd. Patres, prima vice decrevit Vicarius servandam esse d. Transactionem anni 1674. ac dd. Patres non inquietandos d. *Proc. f. 20.* postea verò sententiam variando diffinitivam devenire pronunciavit ut ad novam bonorum stabilium divisionem, firma tamen remanente divisione ordinata in alia sententia lata ab Episcopo de an. 1655. d. *Proc. f. 40.*

Ab hujusmodi Judicato interposita hinc inde appellatione ad Sanctissimum, præstitoque consensu in A. C. Thomatum, censuit ipse, ob dictorum fratrum incapacitatem, hæreditatem prædictam integrè ad Clerum cohæredem spectare, quapropter in tertia instantia de Partium consensu assumptus ad revisionem dd. sententiarum quinque à PP. defensoribus difficultates adversùs A. C. Thomati sententiam oppositas examinare coactus fui.

Prima erat an dd. Religiosi ita essent incapaces, ut deficere facerent conditionem *si sine filiis*.

Secunda, an d. incapacitas procederet, nedum quando relinquitur dd. Patribus tota hæreditas, verùm etiam in casu, quo eisdem pars aliqua hæreditatis relinquatur, prout in præsenti.

Tertia, An d. incapacitas obstaret Patribus prædictis tam ad effectum retinendi, quam ad effectum vendendi.

Quarta & quid stante clausula codicillari in testamento apposita.

Quinta denique, utrum admissa incapacitate dd. Patrum pro eorum portione daretur Jus accrescendi inter cohæredes, vel potius in illa succedere deberet R. Fabrica, ob ejus notissima privilegia.

 In

In his autem omnibus malum jus Partibus assistere existimavi; quod enim ad primam difficultatem facilè me expedivi, quippe dicebam, nimis claram, ac receptam esse distinctionem, quam passim faciunt DD. inter Religionem capacem, & incapacem succedendi tam in particulari, quam in communi, ut primo casu deficiat d. conditio secus verò in secundo, ut allis omissis de veriori opinione testatur Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 63. *num.* 7. *vers vera tamen*, & consecutivè cum ex Regula, ac Pontificis constitutionibus dd. Fratres habeant totalem incapacitatem hæreditatum tam in particulari, quam in
212 communi, ut relatis iisdem Constitutionibus post Bart. & Bald. aliosque antiquiores monent Fagnan. *in cap. nimis prava per tot. signanter numer.* 21. *cum omnibus seqq. de*
213 *excess. Prælat.* Marant. *controvers. Jur part.* 1 *resp.*41 *dub.*1. *art.* 1. *num.* 6. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *numer.* 2. *vers. nona conclusio*, August. Barbos. *in repert. Jur. civ. & Can. verbor. minor §.fin. & in tract. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 81 *& in adnot ad* Conc. Trid. *sess.* 25. *de regul. cap.* 3. *numer* 2. Novar. *in summ. Bullar. par.* 2. *comment.* 110. *num.* 2. Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 87 *& seqq.* Amostaz. *de caus. piis lib.*4. *cap.* 3. *num.* 17. aliisque omissis notant ex Regularibus Sorb. *in compend. priv. Fratr. Minor. §. hæreditas numer.* 2. *&* 6. *vers. circa præfatum*. Thom.del Ben. *de immun tom.* 1. *cap* 8. *dub* 21. *sect.* 25. *numer.* 1 *& seqq.* Pinehir. *de testam. tom.* 2. *disp.* 5. *sect.* 2. §. 2 *num.*206. Zezzan.& alii, quos latè referunt Sanch. *tom* 2. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 4. *& per tot. &* Quæsad. Pil. *quæst. Jur cap.* 25. *per tot. &* novissimè Rot. *in Turritana Eleemosinarum*, *seu Legatorum* 10. *Januarii* 1695. §. *deberi coram bon. mem. Emerix*, *& in ejus confirmatoria* 6. *Aprilis* 1696. §. *quo verò coram eodem;* Hinc evidens reddebatur dd. Fratres nullatenus deficere facere d. conditionem, *si sine filiis*.

214 Nil refragante, quòd præfatæ Constitutiones loquantur de hæreditatibus, adeoque extendi non debere ad substitutiones eo modo, quo non extenduntur ad legata, non consistentia in annuis redditibus, juxta communem distinctionem, quam ex Juristis sequuntur Federic. de Senis *cons.* 12.

12 *numer.* 4. ibique *Add.* Butr. *in cap. in præsentiam n.* 25. *de probat. Abb. conſ.* 63 *num* 4. *lib.* 2. Carl. Zabarell. *in Clement. exivi num.* 13. Bald. *in auth. ingreſſi num.* 59. *C de ſacroſ. Eccleſ.*
215 Anan. *conſ.* 30. *à num.* 3 *uſque ad* 5. Menoch. *conſ.* 1014 *n.* 36. De Luca *de Regul. diſc.* 1. *num.* 13. *in fin. & 35. num.* 14. *verſ. verum*, Bart. *conſ.* 5. *num* 3. *lib.* 1. Mantic. *de conject. ultim lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 28. *verſ. illud tamen* Amoſt. *de cauſis piis lib.* 1 *cap.* 3. *num.* 59. *verſ. ſed in contrarium*, ubi de communi Roxas *de incompatib. pact.* 7. *cap.* 5. *num.* 33 *& ſeqq & num.* 55. & magiſtraliter Rot. *dec.* 456. *num.* 72. *poſt* Merlin. *repetit. deciſ.* 365. *par.* 5 *rec.* quam etiam refert Tamburin. *de Jur. Abbat diſp.* 11. *quæſt.* 1. *& dec.* 16 *par.* 11. *rec.* & habetur etiam *in deciſionibus emanatis in d. Turritan. Eleemoſynarum ſuperius alleg.* Ex Theologis verò Dian. *reſol moral. par.* 3 *tract.* 2. *de dub. Regul. reſol.* 33. Navarr. *lib.* 1. *conſ.* 9 *num.* 3. *ſub tit. de Teſtam.* Silveſter *in ſum. in verb legatum de leg.* 2. *num.* 4 Rodriguez. *ſen. apud Juniorem reſolut.* 88 *num.* 19. *& in quæſt Regular. qu.* 126 *art* 4. *tom.* 2. Tabien. *verb. legatum quæſt.* 4. *num* 5 Cordub. *ſuper Regulas S. Franciſci cap* 6. *quæſt.* 11 *punct.* 3. Portell. *in dub. Regul. verbor. legatum num.* 7. D. Bonaventura in Apol. *quæſt.* 9. *tom.* 2. *opuſculo* Villalob. 2. *par. ſum tract.* 35. *diff.* 33 *num.* 3. 5. *& ſeqq.* Card. de Lugo *de Juſt. & Jur. to.* 1. *diſp.* 3 *ſect.* 5. *num.* 10. 2. Sanchez *ſuper Decalog. lib.* 7. *cap* 26 *nu.* 42. Bonacin. *in de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 3. *propr. unica num.* 3. *verſ quod aliqui verb. poſſunt*, & habetur *in tract. Minoricarum lib.* 1. *diſc.* 4. *cap.* 2. *ff à Jeſu Maria ſuper Regula S. Franciſci par* 5 *cap.* 3. *col.* 3. *verſ. ſed an fieri.* Fr. Hier. Polit. Capucin. *ſuper d Regula cap.* 6. *num.* 70. Lezzan. *quæſt. Regular. vol.* 2. *in verb. Legata Regularibus relicta num.* 6.

Quandoquidem præcitati DD. loquuntur omnes in terminis legati rei particularis, non verò in terminis legati univerſalis, ac inſtitutionis, & ſubſtitutionis, ut videre eſt
216 apud eundem Federic. *de Senis in præcitato conſ.* 12. *alioſque Doctores ſupra allegatos* & advertunt Fagnan. *in cap. nimis prava num.* 44. *de exceſſ. Prælator.* aliique apud Staiban. *Jun. cent.* 2. *reſol.* 162. *num.* 8. *& ſeqq.* eo ſub fundamento quòd legatum univerſale non diverſimodè ac hæreditates, & ſubſtitutiones univerſales ſapiat theſaurizationem fratribus Minoribus omnino contrariam, ut in ſpecie notant Amoſta.

de cauſ.piis l.4.cap 3. *num.* 42. *verſ. ſi tamen* Rox *ubi ſupra num.* 15. Tho. del Ben. *d.ſect.*25.*n.*10. Rot. *dec.*365. *n.* 1. *par.*5. *rec.*

Non itaque valet illatio à legatis ad ſubſtitutiones, quia ſubſtitutio facta hæredi eſt Jus univerſale hæreditatis & dicitur ſecunda inſtitutio, ita ut in fideicommiſſo univerſali
217 ſubſtitutus dicatur hæres univerſalis juxta diſpoſitionē tex. *in l. qui quadrag.* 2. *ff. ad Tribell.* quem cum aliis auctoritatibus in hiſce terminis optimè expendit Amoſt. de *cauſ.piis l.* 4.*c.*4.*num.*19 & conſecutivè cum ex ſæpè relatis Conſtitutionibus, fratres hujuſmodi ſint incapaces hæreditatis, ita etiam capere non poſſunt relicta per viam ſubſtitutionis Amoſt. *ubi ſup.* Rox. *de incompab. in jur.Can.p.*7.*cap.*5.*num.*24. Fagn. *ſupra cit.num* 45. Pinheir. *ubi ſupra num.* 107. Barb. *d. c.* 3.*n* 2.*&* *d.c* 43.*n.*82. Nov. *d.d comment.* 110 *n* 5.

Et in ſpecie quòd Patres ſupradicti non faciant deficere conditionem *ſi ſine filiis*, minùſque, impediant ſubſtitutum,
218 vel cohæredem (prout in præſenti) ſub tali conditione vocatum ex Bart & Bald. inferunt Rox. *ubi ſupra n.* 10. Peregr. *d.tit.*14 *num* 2 *verſ ſexta concluſio* Barb. *in d. c.*43. *num* 83. Rot. *Rom.dec* 6.*num.* 1. *& ſeqq. tom.* 1. *p.* 5. *rec.* ubi quòd iſti Patres cum habeantur pro mortuis, apertum reddunt fideicommiſſum ad favorem ſubſtituti, vel cohæredis.

Nec ad evitandam prædictorum Jurium diſpoſitionem ſubſiſtere mihi viſum fuit motivum à ſcribentibus pro dd. Re-
219 ligioſis adductum, quòd prædicta omnia procederent, ubi ſubſtitutio directa fuit in perſonam eorundem fratrum, ſecus verò quando (prout in caſu, de quo agitur) iſta directa legitur in eorum Eccleſias, ut patet ex illis verbis *ſe n'abbia da far trè parti, una à S. Nicola Chieſa di S. Arcangelo, la ſeconda parte à S. Maria Urſoleo* &c. juxta originalem theoricam Abb. *conſ.*63.*num.*4.*l.*2. Nam contra Abb. communis militat Doctorum caterva affirmans dd. PP. incapacitatem, ſive inſtitutio dirigatur in eorum perſonas, ſive in eorum Eccleſias, ut alios inter JJ.CC. reprobato eodem Abb. docet illa JJ.CC. lucerna Bald. *in auth ingreſſi n.*55. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Amoſt. *loc.ſup.citat.n* 34. *&* 35. ubi de veriori Staiban. *Jun. reſol.for. cent.* 2. *reſol.* 163. *num.* 20. *& ſeqq.* Fagnan. *d.cap. nimis prava num.* 43. Capuccin. *in adnot. ad ſorb. ſupracitat. §. ſed cum Fratres in fin.* Pinheir ubi *ſupra num.* 116.

Barboſ.

Barbos. *in d. sess.* 25. *cap* 3. *num.* 3. Sanchez. *d. cap.* 25. *num.* 14.

Ex prædictis igitur primæ difficultatis propositæ insubsistentiam dignoscentes informantes pro Patribus, non amplius in eadem immorarunt, sed in secunda, ac aliis insistere cœperunt; verùm hæ pariter submovebantur: secunda enim quod d. incapacitas non obesset in hypothesi hac, dum fratres non in universa hæreditate, sed in tertia tantùm parte fuerant substituti, ruebat ex lectura verborum Testa-
220 menti supra relatorum.. *che della sua robba se n' habbia da fare tre parti &c.* & inferiùs, *che fatto sarà il caso di sua heredità dd. frà Antonio, e Domenica habbiano da dividere d. sua heredità à dd. Chiese.*

Quot enim sunt verba supradicta, tot sunt demonstrationes evincentes Testatorem reliquisse Patribus omne Jus universale sibi competens tam activè, quam passivè in tertia parte d. hæreditatis; non verò illos in particulari aliqua re, seu peculiari actione substituisse. Sanè hoc important verba illa, *che della mia robba*, siquidem *rei* nomine universa
221 hæreditas significatur, ut notat Glos. *in l. licet verb. tertio nota Cod. de pact.* ibique Bart. *num* 6. ubi quòd per verbum *res* uti magis universale confertur hæreditas, tametsi non conferatur per verbum *bona*, Rebuff. cum aliis per eundem allegatis *in l. 5. §. secundo latior post med. tit. de verb. Signif.* Alberic. *in Diction utriusq. Jur. verb. res vers. res aliquando*, ibiq; *concordan. in fin.*

222 In idem pariter conferunt sequentia verba.. *fatto sarà il caso di d. sua eredità abbiano da dividere d. sua heredità à dd. Chiese;* Verbum enim *hæreditas* huniversum ius hæreditatis importat, ità post Valasc. *consult.* 110. *num* 34. Lopez Ulhoa *de legat. & fideic. differt* 6. *num.* 55. & 56. pluries firmavit Rot. ut *in dec.* 136. *num.* 12. *coram Priol. & decis.* 203. *n.* 9. *coram S. M. Alex. VIII.* & alibi passim, ac in fortioribus terminis quod Legatarius alicujus portionis hæreditatis dicatur institutus in Jure universali, quando Testator usus est verbo *hæreditas*, quodq; habeatur loco successoris universalis & in eum tran-
223 seant omnia jura activa, & passiva, itaut conveniri possit pro sua parte à Creditoribus tradit Lop. de Ulh. *in tr. de leg. & fideic. differ.* 6. *num* 4. & *seqq.* Molin. *de primog. hisp. l.* 1. *c.* 10.

10.*num.*7 & novifs. Rot. *in una firmana fideic.* 22. *Martii* 1698. *§. moti & §. secundo quia coram Rev. Molin. Decano* ubi quòd fideicommissarius in parte, & portione hæreditatis dicatur substitutus in fideicommisso universali, quando Testator usus fuit verbo *hæreditas*.

Et hujus quoque veritatis superlativa probatio dicitur ex actibus factis à dd. Religiosis, quibus omnem, quæ adesse poterat, dubietatem sustulerunt. Ipsi namque in sententia per eos obtenta, & acceptata super divisione bonorum vo-
224 cati asseruntur ad prædictam hæreditatem *vigore fideicommissi* d. procefs. *fol.* 7. *à tergo in fin.* deinde ipsimet asserverunt devenisse ad divisionem pretii bonorum venditorum d. hæreditatis pro æquali parte, & portione *di tutti trè li coeredi process. fol.* 13. *à tergo* Preterea ipsi quoque in transactione inita super dd. bonis *successores* se declarant d. hæreditatis, ibi *fosse succeduto in d. heredità lo Convento S. M. d' Ursoleo, la Matrice Chiesa di S. Archangelo, & il Conven. di S. Michael Arcangelo de PP. Reformati &c. d. process. f.* 15. *à tergo* ex quibus omnibus dubium non est ob confessiones emissas in tot actibus iteratis quin *ipsi essent successores, & cohæredes vigore fideicommissi*, & tales omninò dijudicandos esse ob notissima juris principia, quòd confessiones factæ pluries in judicio ab hæredibus eisdem præjudicent, & actum quatenus etiam dubium declarent, & interpretabilem reddant juxta eorum confessiones, & cætera adducta ut decisum
225 fuit *in sac. Rot. in Romana Primog. de Aldobrandinis* 20. *Junii* 1687. *§ fin. coram b. m. Ursino.*

Cum itaq; clara sit incapacitas dd. Fratrum quoad hæreditates, aliaque jura universalia ex auctoritatibus supra adductis in *§. quandoquidem*, & in *§. & inspecie*, consequens est, eisdem minimè suffragare, quòd non in tota, sed in parte,
226 seu portione tantùm d. hæreditatis fuerint substituti.

Vis prædictarum rationum adeo strinxit scribentes pro dd. Religiosis, ut isti post primum contradictorium omissis dd. primis exceptionibus in tertia tantummodo urgere, ac insudare opportunum duxerint dicentes, quòd admissa etiam Patrum incapacitate in hujusmodi relictis universalibus, sive per viam institutionis, sive etiam per modum substitutionis, adhuc tamen illa minimè obesset, eò quia dd.

Religiosi

Religiosi non intendebant prædictam hæreditatis partem sibi appropriare *ad effectum retinendi*, quod expresse eorum regulæ adversatur ex Pontificiis Constitutionibus aliisque authoritatibus supra recensitis; sed tantùm volebant sibi tradi bona à Testatore relicta *ad effectum vendendi*, pro cujus effectu Judicis officium implorabant, ut sibi de hæreditate prædicta consuleretur, ad hoc *ut venderetur*, pretiumque illius in usus eisdem licitos converteretur nimirum sacristiæ, & infirmariæ, quòd ipsis citra difficultatem permittitur ex receptissima theorica Federic. *de Sen in d cons.* 12. *nu* 4. quam plures Authores sequūtur, quemadmodum videre est apud Rot. *dec.* 456. *n*, 9. *cum seqq. coram Merlin. dec.* 16. *n.* 3. *& seqq. p.* 11. *rec. cum aliis recensitis in d. Turritan. eleemosinarum, seu*
227 *Legatorum* 10. *Januarii* 1695. *&* 6. *Aprilis* 1696. *utrobique in §. primo coram bo. mem. Emerix.* Exinde deducentes adjudicandam ipsis forè talem hæreditatem *ad effectum vendendi* pretiumque applicandi in usus supradictos, per ea, quæ tradit *Il.CC. Lucerna* Bart. *in tract. Minoric. lib.* 1. *distinct.* 5. *cap.* 1. *num.* 28 *&* 30. cum quo pertransierunt *Calderin. cons.* 345. *aliàs* 46. *de Testam.* Guido Papa *decis.* 327. *per tot. signanter num* 2. ubi quòd ita servatur in judicando in illa Curia Parlamenti Delphinatus Ricc. *de Cur. Archiepiscop.* 292. *per tot. par.* 3. ubi in fine testatur oppositam Baldi opinionem per contrariam consuetudinem esse reprobatam, cum quibus recentissimè præmissa distinctione præfata capacitatis *ad effectum vendendi*, non autem *retinendi*, consonat *P. Franciscus Bordon. ejusdem Ordinis olim Generalis var. oper. tit. de capac legat cap* 3 *a n.* 53. *ad* 61.

Quòd locum obtinere prætendebant ingeniosi scribentes pro dd. Fratribus, etiamsi præfatus Testator in ejus Testamento hæreditatem prædictam reliquerit omissa conditione *quod venderetur*, moti ex illa conclusione, quòd sem-
228 per de Jure subintelligatur dispositum modo licito, quamvis ille non fuerit expresè adjectus, ex d. cap. exiit, §. si verò Fratribus, & ex deductis per *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 20 *n.* 79. quem sequitur *Amost ubi supra n.* 46. *&* 47. & cum quibus concordat quædam resolutio Sac. Congregationis Concilii reverenter à Tribunalibus, & maximè à Judicibus inferioribus suscipienda; ut in decreto de tem-

pore

pore Card. Caraffæ Præfecto emanato, & registrato apud Pignatell *consult, Canonic. tom 3. consult. 10. n. 3. tenoris*, ut sequitur *Sacra Congregatio Concilii censuit tam legatum rerum immobilium factum Fratribus Ordinis Minorum de Observantia, quam institutionem hæredis factam sub modo licito*
229 *bona nempe ut vendantur, & pretium convertatur in necessitates Ecclesiæ validam esse. Idemque esse si modus non fuisset adjectus, cum sub modo licito semper legatum, & institutio illis facta intelligatur;* & ex his omnibus in claris rem versari insistebant iidem Informantes pro Patribus supradictis juncta præsertim clausula codicillari, quòd si prædicta dispositio *non valeat de jure Testamenti valeat jure legati, & donationis* quo casu in vim legati substineri Testamentum, relictumque fratribus deberi docet Bart. *in d. Tract. Minoric. lib. 1. distinct. 2. cap. 3, vers ex prædictis.*

Verùm totus hic apparatus, qui prima facie Judicantis animum impellere videtur ad judicandum favore dd. Religiosorum, libratis Juribus in concreto, maturèque rationibus discussis, meum captivare non valuit intellectum utpote repugnans litteris earundem Pontificiarum Consti-
230 tutionum, quas *sub pæna excommunicationis ac privationis officii* grammaticaliter, & prout jacent interpretandas decrevit idem Pontifex Nicolaus Tertius, rejectis nimirum omnibus juris subtilitatibus, *ut in d. cap. exiit §. itaque* ibi *supra ipsa Constitutione glossæ non fiant, nisi forsan per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur.*

Admissa autem præfata distinctione capacitatis *ad effectum vendendi* opus esset recedere nedum à litteralibus verbis dd. Constitutionum, verùm etiam admittere sensum eisdem ac magis receptæ Doctorum traditioni repugnantem, siquidem incipiendo ab eodem cap. *exiit* in § *insuper* habetur, quòd
231 Fratres eas res, quas retinere non possunt, recipere nequeant, *vel eo animo, ut distrahant sive vendant;* prosequendo vero successivam Constitutionem Clementin. exivi de Paradiso in §. *cupientes* vers. *qui igitur*, apertissimè summus Pontifex de hæreditatibus loquens dd. Patrum incapacitatem sic decidit *Nullatenus sunt capaces, Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam eorum partem sibi dimitti facere*

tere vel sic dimissa recipere; Ex quibus verbis *nec licet eis valorem*, manifestè colligitur eosdem nec pretii capaces existere, cum enim valor rei consistat in pretio, utique si possent recipere pretium hæreditatum distractarum, haberent earum valorem, quod litteris rotundis in d. Clementina eisdem interdicitur, itaut cum versemur in casu legis, nil aliud investigare debemus, quia cessat omnis disputatio, ut inquit *glos. ult. in l. Ancillæ Cod. de furt.* Judices namque accedere omnino debent Textui expresso potius quam cuicumque contrariæ Doctorum opinioni, etiamsi illa esset communis, ut probat Altograd. *cons.* 56. *n.* 10. *vers. ubi ait lib.* 1.

Sed ne cum Textibus prædictis simpliciter procedamus, in prædictorum confirmationem glossæ authoritatem proferre liceat, quæ omnes alias antecellit, ut cum Bald. testantur Steph. de Fed. *in tr. de interpr. jur p. ult. n.* 114. *to.* 1 *tr.*
232 *mag. fol mibi* 225. *à tergo* Rol. à Vall. *in tract. de confect. inu. n.* 2. *to.* 8. *tr. magn. fol mihi* 196 *col.* 2. *a tergo*, *ubi num.* 3. repræhendit cum Bald. Causarum Patronos, qui in opinionum repugnantia plus Bart. quàm glossæ deferunt, cum ab ejus authoritate in praxi recedendum non sit, & n. 4. ubi multa alia ad hoc propositum congerit, & Barbat. *de præst. Card. p.* 2. 1 *qu. bas.* 1 *p. n. vers.* 3. *to.* 13. *p.* 2 *tr. magn fol. mibi* 60. Glossa *igitur in d.*
233 *Clementin exivi § cupientes* verb. *ita habet* vers. *ad illud* proposita quæstione, an Fratres prædicti capaces sint hæreditariæ successionis post multas rationes, quas adducit, tandem concludit, quod si *jure successionis eisdem relinquitur*, *non tenet etiam quoad æstimationem*, quod est idem ac dicere neque *ad effectum vendendi*, ut convincitur ex illis verbis, *non tenet etiam quoad æstimationem.*

Hæc sufficerent ad hoc ut Judex Bartoli opinionem sequi
234 non debeat, cum illa, & legibus, & glossæ præfatis adeo clarè adversetur, & nihilominus Bald. in authoritate haud inferior ipso Bartolo omnem submovet difficultatem, quippe *in auth. ingressi n.* 48 *& seqq. Cod. de sacros. Eccles. motus ex* Textibus adeo patentibus optimè fundat incapacitatem fratrum prædictorum etiam ad *effectum vendendi*, illiusque opinionem uti verissimam communiter receperunt *Card. Anchar.*
235 *Gualdens. Ger. Spin. aliique* seniores præstantissimi Jurisconsulti, quos reprobato eodem Bart. referunt articulo latè discusso

cusso

cuſſo Fagnan. *in c. nimis prava n.* 37. *& ſeqq. de exceſs Prælat.* Lezzan *q. Regul. to.* 1 *c.* 6. *n.* 45. Quæſad. *qu. Jur. c.* 22. *n.* 16. Aug. Barboſ. *jur. Eccleſ. univ lib.* 1. *c.* 43. *n.* 81 *& ſeqq. & in adnotat. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 25 *de Regul. c.* 3. *n.* 2. Tho. del Ben. *de Immun. to.* 1 *c.* 8. *dub.* 21 *ſect.* 25. *n.* 1 *plur. ſeqq.* Amoſtaz. *de cauſ. piis l.* 4. *c.* 3. *n.* 25. Cappuc. *in adnot. ad Sorb. de privil. mendic.* §. *hæred. verſ. ſed quibuſdam* Eman. Rodriq *quæſt. Regul. tom* 2. *qu.* 78. *art.* 2. Pinhier. *de Teſtam. tom.* 2. *diſp.* 5. *ſect.* 2. §. 2 *n.* 110. *& ſeqq.* Roſ. *de incompat. in Jur. Can p.* 7. *car.* 5 *num.* 47. Novar. *in ſum.*
236 *Bullar. comment.* 110. *n.* 3. & latiſſimè Sanchez. *tom.* 2. *in Decal. lib.* 7. *cap* 27. *cap.* 25. *n.* 8 *ſeqq.*

Non obſtant propterea quæ in contrarium dixerunt Ricc. *d. deciſ.* 292. *lib.* 3. *&* Guido Pap. *d. deciſ.* 327. videlicet, quòd opinio Baldi quamvis communis per contrariam conſuetudinem ſit abrogata, quia præterquamquod notiſſimum eſt in Jure non credi Doctoribus de conſuetudine teſtantibus, ut probat Caſtald. *conſult.* 265 *num.* 9 *lib.* 2. & ſepiſſime dixit Rot. *deciſ.* 3. *de conſuet. coram Moedan. dec.* 1349. *n.* 5. *coram Seraphin. dec.* 163 *n.* 13 *par.* 6. *dec.* 47. *n.* 32. *p.* 8. *& deciſ.* 51 *n.* 29. *par.* 10. *rec.* præſertim quando illa eſt contra Jus, prout in caſu, de quo agitur.

Ulteriùs reſpondetur d. contrariam conſuetudinem, quòd fratres ſint capaces *ad effectum vendendi* procedere ſolummodo in aliis fratribus Mendicantibus, quales ſunt fratres
237 Prædicatores, fratres Jeſuitæ &c. ut declarat Bald. *conſ.* 232. *n.* 1. *vol.* 2. ibi *& ita communiter obſervari vidi in aliis mendicantibus*, imò idem Baldus ſupponit d. conſuetudinem ſolùm habere locum in legatis, non verò in hæreditatibus, dum expenſo articulo d. conſuetudinis quoad legata, poſtea concludit *hæreditatem non poſſunt requirere iſti mendicantes*. Idemque teſtatur Dec. *in cap. in præſentia de probat. num.* 270. ibi *fratres Prædicatores, & alii mendicantes, exceptis fratribus Minoribus, etiam bona immobilia capere poſſunt non ut retineant, ſed ut vendant, & pretium in eorum utilitatem convertant*, & refert eundem Baldum, alioſque Authores id comprobantes; Et ſummo Jure, quia alii Mendicantes non ſunt incapaces abſolutè, & ex regula, ſicuti Minoritæ, ſed tantùm ex ſuis particularibus Conſtitutionibus, proindeque cum non habeant tantam incapacitatem, hinc vel

vel poterit ad summum consuetudo contraria, nec non Bart. opinio in eis tantùm procedere, ut in puncto distinguendo
238 docent Staiban. Jun. *resol. forens. cent. 2. resol.* 162 *num* 25. Fagn. *in d c. nimis prava* 14. *vers. conclusio* Sanch. *d. c.* 25. *num.* 16. & 21. *vers. dixerunt* Clar. *recept sent. lib.* 3. *§. Testamentum qu.* 29. *num* 3. *ibique Adden litt. C. & D.* admittunt Ricciul. *de jur. pers lib.* 8 *cap.* 9. *n.* 22. *cum quatuor seqq.* Rot. *dec.* 245 *num.* 4 & *seqq.* ubi differentiam assignant inter Mendicantes, & Jesuitas: vel in omnem casum locum habebunt in relictis particularibus, non verò in institutione, quæ Jus universale est, ut de veriori testatur idem Fagnan *ubi sup. n.* 3 & *seqq.*

Ast frustra recurrimus ad auctoritates pro reiicienda Bartholi opinione, ac non attendenda prædicta consuetudine quando pro his reprobandis legere sufficit Conciliarem Tri-
239 dentinam dispositionem, quæ cum *in sess.* 25. *de Regul. c.* 3. innovet hujusmodi textuales dispositiones in Capuccinis, & Minoribus, quos excipit à modificatione, & correctione dd. legum inducta ad favorem aliorum Mendicantium, hinc inanis est allegatio cujuscumque consuetudinis per ipsum Concilium sublatæ, ac annullatæ Gard. de Luca *de can & cap disc.* 33. *sub num* 3. & *disc.* 38. *num.* 7. & 8. Rot. *dec.* 10. *nu.* 16. *par.* 18. *rec.* & *alibi passim.*

Hæc forent exuberantia pro eliminatione hujus tertiæ difficultatis cum adversùs dd. Religiosos communior assistat
240 opinio à Judicibus omnino sequenda, sicuti monet Velarc. *de Judic. perfect. rubr.* 15. *adnot.* 1, *num.* 49. Nihilominus tamen eamdem stabilire optimum duxi etiam rationibus, quæ sunt anima legis, ut inquit *I. C. in l. cum oratio ff. de bo. damnat.* Præscriptis itaque etiam authoritatibus supra allegatis quatuor rationes ab hæreditate prædicta Fratres excludunt.

Prima, quòd admissa eorum capacitate destrueretur finis dd.
241 Pontificiarum Constitutionum. Habetur enim *in d. cap. exiit, & clemen. exivi de verb. signific.* quod PP. prædicti stare non possint in judicio dum inter alias causas impulsivas Clemen. V. pro conficienda recensita constitutione *exivi de paradis.* legitur hæc. *Item, quod cum ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in Curiis agitantur assistunt Advocatis & Procuratoribus, & ad investigandos eosdem se ibidem personaliter*

naliter repræsentant; cupientes igitur nos ipsorum Fratrum providere conscientiis in hunc, qui sequitur, modum respondemus, &c. nullo modo debent, hujusmodi voti, & regulæ Professores se talibus curis, & litigiosis actibus immiscere &c. ibique Gloss. in verb. *proximorum vers. nota*. Igitur finis Pontificis fuit liberare Fratres à litigiis, & à comparendo in judiciis, ne terrenis curis, ac negotiis involuti à divinis officiis distrahentur, utiquè concludendum venit, illos esse incapaces hæreditatum etiam *ad effectum vendendi*, cum enim ut plurimùm soleant hæreditates habere non tantùm credita, sed etiam debita, quemadmodum quotidiana docet experientia, adeo ut ad illarum solutionem hæres sivè cohæres teneatur ut in fortioribus terminis Velasc. *d consf.* 110. *num.* 15. & Ullo. *d. disert.* 6. *num.* 56. & 57. sequeretur hoc, ut venditis à Religiosis dd. bonis hæreditariis stare deindè deberent in judicio, vel plura litigia substinere pro liberando emptore à molestiis casu, quo hæreditarii creditores insurgerent contra emptores bonorum, cum notissimi Juris sit, venditorem manutenere debere emptorem in possessionem rei venditæ, vel ad summum cogi posse ad restitutionem pretii, casu quo res vendita avocetur à tertio Mangil. *de evict. quæst.* 51 *num.* 1. & *seqq.* & in durioribus terminis Urceol. *consult. foren. cap.* 2. *num* 43. & 44. ubi de veriori, & consecutive destrueretur finis dd. Constitutionum, quod minime venit permittendum, cum omnia secundum finem regulari debeant ex *Philosoph.* 1. *Ethic.* cujus dictum pluribus juribus exornat Albert Brun *in tract. de reb. dub num.* 60 *fol. mihi* 353. *à tergo tom.* 18. *tract. magn.*

Secunda ratio est, quòd venditor debet habere dominium rei, illudque per venditionem, & rei traditionem trans-
242 ferre in emptorem ut notat Cald. *de empt. & vendit. c.* 18. *num.* 25. *cap.* 19. *num.* 13. *cap.* 25. & *alibi passim.* Religiosi autem prædicti nullum in communi, ac in particulari dominium habere possunt ex supra allegatis, propterea &c. nec dici debent capaces ad effectum *vendendi*, ac transferendi dominium, quod non habent vulgato Juris axiomate, quòd nemo dat, quod non habet ex cumulatis per Barbos. *axiom.* 160. *n.* 1. & *seqq.*

Tertia quòd admissa contraria opinione nullus daretur casus,

casus, in quo dd. Canonicæ sanctiones locum obtinerent, dum possunt dd. Fratres recipere ad effectum *vendendi* om-
243 nia legata, omnesque testamentarias dispositiones, cum semper in eis intelligatur adjectus modus licitus, quamvis non expressus, nempe *ut vendant*, unde iidem Religiosi liberè contravenire possent dd. Constitutionibus possidendo stabilia sub confugio statim, ac pulsantur, quòd eorundem sunt capaces *ad effectum vendendi*, & sic facillimè eluderent mentes summorum Pontificum, & vim dd. sanctionum, quæ ad nihilum deservirent contra expressam regulam, quòd Pontificia decreta non debeant deservire de vento ad Text *inc. si cui nulla de præb. in 6. cum aliis per* Rot. *adduct. in decis. 707. n. 40. p. 18. rec. & in Romana, seu Sabinen. Cappellæ 23. Jan. 1694. §. Eis omnibus in fin. coram bo. me. Ursino*.

Quarta denique ratio est, quòd destrueretur puritas regulæ Mendicitatem præscribentis cum omnimoda spe in divina providentia. Patres namque prædicti recipiendo pretium omnium relictorum, facerent eorum Eccl. sive Infirmariam adeò locupletes, ut supra omnes alias Religiones thesaurizarent, cum ingens sit Fidelium copia, quæ eisdem in dies aliquid relinquit, undè sacr. Congregatio Concilii consulta in terminis fortioribus, utrum Fratres prædicti
244 vindicare sibi possent annuos Redditus *non ut eo modo, quo relicti erant singulis annis perciperent, sed ut venderent, & pretium in necessitates Monasterii converterent: censuit Fratres Mendicantes ordinis Minorum de observantia esse incapaces etiam ad effectum prædictum*, ut videre est in d. *resolutione* per extensum relata à Nicol. *in suis Floscul. litt. S. §. Observantes num. 9. vers. cum relicti*; quapropter à primo ad ultimum concludendum censeo pro incapacitate dd. Fratrum tam *ad effectum vendendi*, quam *ad effectum retinendi*, ut in *dd. cap. exiit*, & clem. *exivi* pari modo hæreditatum, ac annuorum redditum.

Neque PP. juvabat confugere ad 4. exceptionem clausulæ codicillaris in d. testamento appositæ, inferendo exinde, quòd PP. reddantur capaces hæreditatis, quando testator
245 (prout in præsenti) addidit illa verba, *si non valet jure test. valeat jure legati* ex doctrina Bart. *supra cit.* nam in hac opinione non minùs est reprobatus Bart. à DD. ac in anteceden-

 ti, ut

ti, ut disertissimè ostendunt Fagnan. *in cap. Nimis prava n.* 39. *&* 40. Pinhier. *ibi sup. n.*107. Torr. *de pact. fut. success. l.* 2. *c.*36. *nu* 89 aliique omnes supra adducti, eo sub fundamento, quòd clausula codicillaris operat benè ad favorem PP. respectu legatorum, quorum non sunt incapaces simpliciter, & absolutè, sed tantùm secundùm quid, nimirum quando ista fiunt modo illicito, non autem licito, quemadmodum distinguendo latè firmavit Rot. *in dec. Merl. Cerr. Burr. & in d. Turritana eleemosynarum coram Emerix*, secùs verò in institutionibus, & hæreditatibus, quarum sunt absolutè, & simpliciter incapaces, ut evincitur ex illis verbis clementinæ *nullatenus sint capaces*, dictio enim *nullatenus* ob nimiam suam generalitatem omnia negat, omnemque modum excludit ex authoritatibus supra expensis, & consecutivè clara est disparitas in uno casu, ac in alio, prout agnovit idem Bar. qui ejus opinionem limitavit in substitutionibus, dum ait clausulam codicillarem posse quidem obligare hæredes ad vendendum, ac dandum Fratribus hæreditatis pretium, non autem substitutum, ut videre est eum doctorem in *tractat. Minoric. l.*1. *c.*3. *n.*8. *vers.* ita *dixerunt*, & Rosell. contrariæ opinionis sectator hanc etiam sequitur distinctionem, ut benè observat Pinheir. *loc. supra cit. n* 107 vers. *cæterum* Petr. Barbet. *l.*1. *p. par. n.*63. *vers. proponit ff. de legat. primo*, ita & taliter quòd in casu nostro, ubi versamur in substitutione facta sub conditione *si sine filiis*, Barthol. autoritas PP. adversatur.

Resolutio autem Sacr. Congregationis Concilii in objecto allegata præter quam obiter, & incidenter loquitur de institutione, cum ibi ageretur de legato, undè non percutit casum diversum hæreditatis, minusque pro illius decisione deservire potest ex adductis per Rot. *in Romana Juris legandi super bono jure* 16. *Maii* 1698. *§. contrarium coram R. P. D. Muto* dicebam ulteriùs, quando illa intelligi deberet de institutione particulari adhùc conciliari debet, cum aliis
246 pluribus decretis dictæ Sacræ Congregationis, quæ contrarium decernunt in hæreditatibus, & referuntur à Pignatell. *tom.* 8 *consult.* 46. *num.* 5. *&* Fagnan. *ubi supra num.* 45. *vers. postremò*.

Debilia igitur ex his apparebant fundamenta juris, quibus Fratrum

Fratrum defensores innitebantur, unde recurrebant ad Judicis officium, quòd impartiri posse contendebant in casu
247 præsenti, ex quo ageretur de legato pio compellendo nempe hæredes ad illius implementum, mediante venditione Partium hæreditatis, & distributione pretii pro celebratione tot missarum, ac alia opera pia à Fratribus perficienda in beneficium d. Testatoris, ut insinuant Sorb *supra citat d. §. hæreditas num* 6. *vers primo enim* Amostaz *d c.* 3. *num.* 26. *& seqq.* Rox. *ibi. num.* 16. *cum aliis in d. Turritana eleemosynar.* 10. *Janu.* 1695. *§. sed cum nihilominus, & §. Poterunt Fratres cum seqq. &* 6. *Aprilis* 1696. *§. Quoniam verò cum seqq. coram bo me. Emerix.* Nam tollitur objectum ponderando, quòd hoc Judicis officium non procedit in institutionibus, sed tantùm in legatis particularibus, ut animadvertit Fagnan. *in d cap. nimis prava num.* 41. *de excess. Prœl.* & sic illud interponi non debet in casu præsenti dum versamur in hæreditate, non autem in legato.

Quinta denique, & ultima remanebat PP. oppositio defectus actionis in d. Clero cohærede, elicita ex eo, quòd stante PP. incapacitate jus omne agendi, ac succedendi in d. hæreditate pro rata illis relicta resideret in Rev. fabrica S. Petri ob notissima ejus privilegia, quæ ad hæredum exclusionem
248 recensent Capon. *in quodam responso pro Rev. Fabrica editi inter ejus discept. impress. cap.* 155. ubi *num* 11. *à* 33. *& propè fin.* allegat Quarant. *in summ. Bullar. verb. Fabrica fol.* 33 *§. Quoniam privilegia*, & concordat Marant. *ejusd. Rev. Fabricæ Advocatus respons.* 19. *n.* 41. *& seqq. p* 1. *& respons.* 32. *per tot p.* 4. & ita pluries observatum fuit, ut in casu recensito per Staiban. *resol* 172. *n.* 50. & in alio relato per Card. de Luc. *de fideic. disc.* 108. *n.* 1. *de Regular. disc.* 1. *num.* 113. *& in relatione Roman. Cur. forens. disc.* 20. *n* 13.

Verùm hæc minimè urgebant, cum prædictæ omnes Auctoritates loquantur, vel contra hæredes ab intestato venientes, vel in casu caducationis testamenti, secus verò quando datus est alius cohæres, prout in præsenti, qui vigore juris accrescendi totam hæreditatem rectè retinet ex de-
249 ductis in terminis cohæredis per Amostaz. *ibi n.* 25. Rox. *ubi supra n.* 13. Peregrin. *loco supracit. n.* 2. *vers. amplia.* Capuccin. *in advot. ad Sorb. in d. § hæreditas in princ.* Novar. *ibi num.* 6

F 2 Pinheir.

Pinheir. *ubi ſupra d.n.*108. *verſ. ſi autem*, & ratio eſt, quia privilegia Rev. Fabricæ, ejuſque jus fundatur in incertitudine relictorum, unde hac ceſſante præexiſtentia cohæredis, vel ſubſtituti, ceſſant quoque d. Fabricæ jura, & privilegia, ut optimè dixit Rot. *d.*212. *num.* 5. *coram Cavaler.* quam laudat Caſtald. *conſult. for.* 226. *n.* 14.

Judicavi igitur ex prædictis ad favorem Cleri contra dd. PP. confirmando ſententiam A.C. Thomati, auditis pluribus, ac pluries d. Fratrum defenſoribus acerrime tam in jure, quam in facto ſcribentibus.

Et ita &c.

VOtum præfatum doctiſſimè extenſum uti emanatum in cauſa particulari non venit extendendum ad alios caſus particulares, in quibus conſulerem adeundum fore ſupremum tribunal. Congregationis Rev. Fabricæ, in quo hujuſmodi cauſæ ſolent ad terminos juris optimè decidi. Et ratio eſt, quia non in omni caſu hæreditas relicta tolleret mendicitatem RR. Mendicantium, neque læderet puritatem Regulæ, itaut potiùs eſſet dicenda cæcitas in judicando, quam juſtitia in decidendo. Sicuti exemplificari poſſet in caſu, quo quis relinqueret Mendicantes hæredes, & in iſta hæreditate non adeſſet niſi domus, hortus, aut portio Terræ, quæ eſſet neceſſaria pro Mendicantium uſu, uti contigua Monaſterio, in quo caſu eoſdem Mendicantes capaces eſſe dicendum veniret eo motivo, quia proprietas acquireretur Sedi Apoſtolicæ, & uſus Mendicantibus ideoque hæreditatem præfatam poſſe acceptari concludendum eſſet ex deductis *per cit. Cirill. de mor. elee. art.* 1. §.
250 6. *per tot.* & §. 18. ubi quænam bona, & ad quem effectum poſſint per viam hæreditatis acceptari ſaltem ad effectum ut vendantur, & pretium in ipſorum utilitatem convertatur, uti innumeri DD. loquuntur pœnes eundem *Cirill.*
251 *art.* 1. § 30. *n.* 5. *cum ſeq & in caſu altero* §. 4 *per tot.* & latè *Fagnan. in cap. nimis prava de exceſſ. Prælat. num.* 20. cum modificationibus, verò ibidem extenſis.

Siquidem ſi hæreditas conſiſteret in bonis, quibus diſtractis per minores remaneret defraudatum jus hæreditarium, ex quo juxta caſum figuratum per Fagnanum ſecuta venditione

tione bonorum creditores hæreditarii non haberent, unde consequi illorum credita utique in tali casu non esset admittenda acceptatio hæreditatis, attamen si tale periculum non adesset, quia creditores in omni tempore possent reivindicare fundum, ortum, & portionem Terræ, aut domum hypothecatam, equidem diceremus Mendicantes non fuisse, nec esse defraudandos usu talium bonorum relictorum.

Sicuti habemus in consimilibus assignamentis perpetuis eisdem Mendicantibus factis, quibus ad trutinam revocatis semper decisio obtenta fuit favore illorum juxta resolutiones S. Congregationis Boni Regiminis sub die 12. Augusti 1651.

Ficulle Podestà. *Comanda la S.C. mentre sia vero, che nell'*
252 *ingresso de PP. Cappuccini in cotesto luogo dal publico Consiglio fossero per loro sostentamento assignati per limosina scudi 50. l'anno gli si continui conforme al solito tale sussidio caritativo, onde Voi le concederete la facoltà opportuna oprando che in tal conformità ne segua l'effetto.*

Ac sub die 26. Aprilis 1678. *Campagna Governatore. La S.*
253 *Cong. senza attendere la risoluzione presa dal publico Consiglio della Communità di Anagni havendo ordinato, che si continui a somministrare il solito sussidio di 40 scudi annui a quelli Frati Cappuccini, che con tal assignamento furono ricevuti dalla Communità sudetta, così si contentarà di ordinare, che segua, e Dio la prosperi.*

Sicuti etiam sub die 10. Maii 1692. *Viterbo Governatore. E*
254 *stata sentita anche dalla S. Cong. come necessaria l'instanza fatta dalla Communità di Valentano di potere ammettere li Frati Minori osservanti di S. Francesco nel Convento già suppresso della Madonna della Salute, purche restino provisti quegli habitanti di chi loro assista opportunamente con gli ajuti spirituali, per il di cui effetto s'è contentata la medesima S.Cong. che possa la predetta Communità in conformità della resoluzione del consiglio somministrare scudi 500. per una sol volta da pagarsi in cinque anni colli sopravanzi della Tabella in ogni anno la rata, & altri 50. scudi annui in sussidio caritativo per pietanza, e vestiario de Religiosi, che vi dimoreranno da pagarsi venticinque scudi in ogni semestre, onde V. S. ne potrà concedere la necessaria licenza.*

Hujusmodi namque resolutiones Sacræ Congregationis utpotè emanatæ in contradictorio Judicio perpensis facti circumstantiis debent prævalere cuicumque authoritati Doctoris, & particularis Judicis, qui sequendo opinionem Doctoris, seù Doctorum potuit in judicando claudicare, nam etsi verum sit dictas resolutiones non loqui in terminis hæreditatis delatæ, ac universalis successionis, in qui-
255 bus terminis loquitur *Fagnanus in d. cap. nimis prava, & cap. in præsentia de probat. num. 39. in com. ad 2. lib. Decretal.* etiam verum est, quòd loquuntur de annuo redditu subministrando ratione eleemosinç, & pro subsidio charitativo.

Concludendum igitur restat PP. Minores D. Francisci ratione Regulæ, ac simpliciter, & absolutè esse incapaces juris universalis acquirendi hæreditates per institutiones, tam simplices, quam fideicommissarias, sed remanet sola diffi-
256 cultas in eo, quòd cum Hæres teneatur adimplere mentem testatoris, & ista sit adimplenda pernecesse ex superiùs deductis, quando egimus de legatis videndum est, an caducata institutione ad favorem cohæredis instituti, vel devoluta hæreditate ad hæredes ab intestato isti teneantur adimplere voluntatem Testatoris, in quo remanet totum momentum difficultatis, unde in similibus casibus semper consulerem adeundum esse Tribunal R. Fabricæ in locis, in quibus est receptum, sin minus adeundum esse Ordinarium loci pro declaratione, & tutius adeundum esse Summum Pontificem habentem divinitùs supremum Imperium in his, quæ pertinent ad salutem animarum *d.*
257 *Ciril. de mor. elee. cas.* 1. §. 3. *num.* 12. *& casu* 1. §. 5. *num.* 2. ac habentem facultatem declarandi, & commutandi ultimas voluntates juxta DD. adductos per eumdem *Ciril. art.* 2. §. 5. *num.* 1. qui regulariter solet hujusmodi causas remittere ad S. C. Concilii, vel Rev. Fabricæ.

Motivum hujusmodi recursus pendet ab eo, quòd etsi justè possit firmari per Judicem exclusio PP. Minorum à petitione Hæreditatis, non potest tamen Judex eadem justitia liberare conscientias hæredum à proprio onere, sicuti evenit casus expressus in dicto voto Ord. Silvæ, in quo attenta incapacitate PP. Minorum portio hæreditatis accrevit Clero, qui juxta præscripta in testamento potuit, & tene-

tur

tur portionem hæreditatis adauctam erogare in beneficium Animæ Testatoris. Attamen si ex capite præfato incapacitatis, venirent hæredes ab intestato, non per hoc isti haberent jus, spreta voluntate Testatoris, evertendi patrimonium hæreditarium in proprium usum, verùm jus de-
258 volveretur ad Fabricam, sive Episcopum, uti executorem piarum, & ultimarum dispositionum pro executione illarum uti loquuntur DD. citati in dicto Voto, & admittit idem *R. P. D. Silva in §. utrum num.* 46. dummodò tamen, hæredes jure proprio non essent substituti, aut vocati, quia in tali casu acquirendo hæreditatem jure proprio vocationis, dummodò non adesset illis aliquod onus injunctum, ad nihil possent cogi, uti est casus decisus pænes,
259 *Caval. decis.* 212. *num.* 1. *& num* 6. ubi de facultatibus Fabricæ.

QUoad Legata relicta pro victu ultra superiùs deducta adducere juvat sanctissimam, & piissimam dispositionem Cl. mem. Ranutii Farnesii Ducis Parmæ, & Placentiæ desumptam à formali renunciatione facta per Cappuccinos sub die 8. Junii 1623. & responsione facta per Eminentissimum Cardinalem Farnesium de anno 1625. memoriæ in ævum recolendæ.

260 *Havendo la felice memoria del già Serenissimo nostro Sig. Duca di Parma, e Piacenza fatto un Legato perpetuo a favore del Convento di Fontevivo, e de Religiosi nostri, che pro tempore dimoreranno in esso, come appare dal suo testamento. Quindi consultatosi questo negozio con grande attenzione, e molto maturamente nel nostro Capitolo celebrato quì in Piacenza nel mese di Maggio questo anno* 1623. *è parso spediente a me infrascritto F. Feliciano da Piacenza, Provinciale di questa Provincia di Bologna, per l'osservanza pura, e refezzione della nostra Regola, ed ad ogni altro buon fine notificare a tutti, ed a ciascuno per quanto facesse di bisogno, come per la presente notifichiamo qualmente noi Cappuccini non siamo capaci, ne per alcun modo vogliamo accettare tal Legato; onde adesso, e per sempre lo rinonziamo, si come di fatto l'habbiamo rinunziato all'Illustrissimo Sig. Cardinal Farnese, o per meglio dire non accettiamo ragione di sorte alcuna, che da altri si potesse pretendere in*

detto Legato, e che ne anco per esso vogliamo, ne intendiamo obligarci a cosa alcuna, ne che altri siano a noi obligati. Sicche se da gli Heredi Serenissimi, o da gli esecutori del Testamento di S. A. ci sarà mandata qualsivoglia cosa, noi protestiamo, che la pigliamo secondo il corrente bisogno a titolo di mera limosina, & amore Dei, come communemente l'accettiamo da gli altri Benefattori, ma non mai per ragione di Legato, e tutto questo omni meliori modo. Procuraremo però mediante l'ajuto del Signore tanto più di corrispondere per mera divozione, con Orazioni, e Sacrifici, ed altre buone opere alla pia intenzione del medesimo Sig. Duca, quanto maggiore sappiamo, ed habbiamo sperimentata essere stata la sua amorevolezza verso de' Cappuccini, non tanto di questa Provincia, come di tutta la Religione, e che tuttavia continua nella sua Serenissima Casa, alla quale preghiamo da Dio benedetto copiosissima mercede, con l'assistenza sempre della sua Divina Grazia. Amen. Piacenza 8. Giugno 1623. Fra Feliciano Provinciale sudetto.

Essendo nato scrupolo ad alcuni Frati di questa Famiglia di Fontevivo sopra il dispensar la robba mandataci dalla Serenissima Casa Farnese. Il P. Provinciale per sapere la mente de Serenissimi Padroni intorno a questo, ordinò a me infrascritto, che ne trattassi con le Altezze loro, e così feci, e dall'Illustrissimo Sig. Cardinale ricevei questa risposta.

L'Intenzione nostra è aggiustata a quella del Serenissimo Sig. Duca nostro. E si come questa limosina con amore, e carità è data a loro PP. così essi la communichino ad altri con amore, e carità, secondo l'occasione senza scrupolo alcuno, perche questa è la nostra Intenzione.

E perche l'ordine del sudetto P. Provinciale era, che della risposta ne facesse io stesso memoria in iscritto, ad effetto, che servisse per l'avenire a direzzione d'altri. Pertanto in conformità di ciò hò fatta questa scrittura, che sarà sottoscritta da me, e sigillata col sigillo locale Fontevivo l'ultimo dell'anno 1625. F. Cherubino da Parma Guardiano Cappuccino affermo quanto di sopra.

A quo exemplari monumento duo quilibet hæres gravatus dare similes eleemosinas percipere deberet. Primum obligationem, qua reperitur ad strictus ad servanda disposita per suum Authorem sicuti summa Pietas Regiæ Domus Farne-

261 Farnesianæ sui Prædecessoris secuta fuit elogium, itaut parùm esset de illa dicere, quidquid dixit de benevolentia Margaritæ à Sabaudia *Boverius tomo 2. sub anno* 1583. *n.* 12. *relat. à Cirillo de Morientium Eleem. casu altero* §. 6. *segm.* 11. *num.* 81. *circa finem*. Hujus porro Ducis, & Successorum tanta fuit erga Cappuccinorum ordinem, Pietas, ac Religio, ut Patris instar non modo in dies vitæ illis necessaria suppeditaret, verùm eos, tam singulari benevolentia amplecteretur, ut omnem prope modum excedens, cum annuos redditus regulæ, ac Fratribus repugnantibus iis statuere non valeret præsentes omnes, ac futuros hæredes testamento adjuraverit, ut nullo umquam tempore Cappuccinis Fratribus benevolentia, ac beneficentia deessent.

Secundùm, quòd Seraphica, & exemplaris Cappuccinorum

262 Religio est vera sectatris virtutum D. Francisci, & illius Regulæ observatrix juxta Const. Urban. VIII. la 68. §. 4. Bull. nov. to. 4. itaut Cappuccini Filii ejusdem Seraphici vocati fuerint per S. mem. Paulum V. in Bulla incipiente Ecclesiæ Militantis, cum verbis. *Authoritate Apostolica declaramus Fratres Cappuccinos esse verè Fratres Minores, ac filios S. Francisci*, recipiendo præfatas eleemosinas, & in eorum necessitatem erogantes, vel in aliorum pauperum sublevamen non recedunt à recto Tramite Religionis, ac puritatis Regulæ D. Francisci, ex quo ipsimet Cappuccini spoliant se ipsos omni jure ad rem, & relinquunt pænes ipsos, merum jus dietim quæstuandi, uti relictis somniis, & nugis aliquorum contrarium afferere volentium resultat, tum ab eo, quòd semper fidem Cappuccini experti fuerunt privatim in propriis Conventibus repudiando similia legata, tum ex eo, quòd hanc veritatem omnes Teologi, & DD. ejusdem Religionis scriptam reliquerunt, uti videri poterit ab eodem *Cirillo in d. voluminoso Tract. de Morient. Eleem.* & in specie *art.* 3. §. 5 *per tot. ac* §. 15. *pariter per tot. & alibi*.

Sub censura incapacitatis, relatæ ad hæreditates, & substitutiones ponuntur, redditus annui, & usufructus bonorum relicti, & legati PP. Minoribus, dummodo dicti redditus annui, & usufructus sint relicti per viam institutionis, attamen quia loqui de hujusmodi bonis in genere confun-

263 dendo institutiones cum legatis esset evertere dispositionem

dicti

dicti decreti Rev. Fabricæ 14. Februarii 1633. propterea est recurrendum ad qualitatem dispositionis Testatoris, & ad quantitatem redituum, ususfructus, & aliarum rerum legatarum, super quibus quoad redditus annuos, etsi quamplurima firmat citatus *Cirillus de Mor. Elee. in art.* 1. *§.* 7. *n.* 15. *&* *§.* 18 *a* 34 §.22 *nu.* 3 *&* 4. *§.* 23 *num.* 16. *& seq.* §. 24. *num.* 16 §. 28 *num.* 25. §. 31. *n.* 15. *& art.* 2. *§.* 1. *num.* 7 8. *&* 9 §. 3. *num* 20. *& cas.* 2. *§.* 1. *n.* 4 *&* 5. § 4. *num.* 4 *cumseq* *&* *§.* 6. *n.* 6. *cumseq* & quoad usumfructum *art.* 1. *§.* 5. *num* 9. *§.* 17. *n.* 18. §. 23. *n.* 28. §. 27. *num* 10. *&* 11. *casu uno* §. 4 *num* 4. *cumseq.* *& casu* 2. §. 6. *num.* 4. *cum aliis pariter immediatè sequen.*, ad quem recurrendum esset in casu necessitatis, pro invenienda veritate firmum etiam tenendum est in casibus particularibus recurrendum meliùs esse ad resoluta per suprema Tribunalia deducta in præsenti dissertatione, & considerandain praxi deducta per nos superiùs in materia institutionum factarum Mendicantibus relatè ad hæreditates.

Ob quam rem DD. egerunt de hac materia, & transeuntes à materia legati ad institutiones fingunt casum. An Te-
264 stator posset hanc facere institutionem. *Instituo mihi hæredem animam meam, itaquod testamentarii teneantur bona relicta vendere, & pecuniam in emendo panem, vinum, oleum, pisces, & alia necessaria in eleemosinam FF. Minoribus hujus Civitatis erogare*, & concludunt affirmativè, inter quos cum Villalobos, & Diana descendit *Cotonius in contr. lib.* 4. *de Religiosis contr.* 6. *num.* 36. *&* 37. ubi de actione resultante in tali casu ad favorem cujuslibet de populo, ad effectum agendi pro adimplemento hujusmodi dispositionis, ac Sindici nomine Sedis Apostolicæ adducendo pariter *Sanchez lib.* 7. *moral. cap.* 26. *num.* 59. & latè cum innumeris DD. idem *Cirill. art.* 1. *§.* 31. *num.* 5. *cumseq.*

Et ulteriùs an ex consuetudine introduci possit, ut Monasteria Minorum possideant bona immobilia in communi & pariter affirmativam partem substinet cit. *Sanchez loc. antedict. cap.* 25 *num.* 16. *& cap.* 27. *num* 42. cui adhæret idem *Coton. loc. cit.*

Quoad legata alterius speciei nempe olei pro lampadibus, pro Sindonibus ad usum Infirmariæ, pro Anniversariis, & Missis,

Miſſis, quia habentur quamplurimæ magiſtrales deciſiones, inferiùs adducendæ, ad iſtas venit recurrendum.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PORTA.
Mercur. 27. Junii 1612.

CORAM CAVALERIO.

THomas de Porta reliquit Joanni Paulo fratri bona ſua, conſiſtentia pro majori parte in ſtatuis, lapidibus, & fragmentis antiquis, cum expreſſa prohibitione alienandi, præterquam ad effectum inveſtiendi; Necnon legavit in perpetuum ſcuta quinque annua Academiæ nuncupatæ *del diſſegno*, in Eccleſia S. Lucæ expendenda in viſitatione ſeptem Eccleſiarum quotannis. Item legavit alia ſcuta quinque annua Societati S. Joſephi ſimiliter pro jentaculo, faciendo in viſitatione ſeptem Eccleſiarum.

Item legavit Capuccinis terræ Prolezzæ ſuæ patriæ ſcutum unum panis, & medium ſcutum vini quolibet menſe, & quatenus non eſſent capaces, reliquit hoc legatum Confraternitati S. Marthæ dictæ Terræ, rogans, ut illud daret Capuccinis; Quæ tria legata voluit teſtator adimpleri ſtatim ipſo mortuo.

Dicto autem Joanne Paulo ſine filiis legitimis, & naturalibus quandocumque decedente, quia nimis præſumebat de valore ſtatuarum, quas habebat, fecit plura alia legata, longè ultra bonorum ſuorum valorem; Nam ultra legata ſemel tantùm ſolvenda, voluit in urbe alii tres pueros, nominandos per Guardianum Capuccinorum, & Præpoſitum d. Terræ Prolezzæ ex proximioribus ſuis, cum aſſignatione ſcutorum trecentorum annuorum, qui deberent addiſcere artem deſignandi, ſeu alias artes liberales.

Item mandavit in eadem terra, erigi Eccleſiam, cum Monaſterio, fontibus, ac aliis membris juxta plantam ab ipſo relictam, in quo deberent poni ſeptem Moniales ſimili modo eligendæ etiam ex proximioribus ipſiùs teſtatoris, cui aſſignari deberent annui redditus aliorum ſcutorum trecentorum.

Item legavit pro Capellano, & Factore dicti Monaſterii an-

nua scuta 72. triginta sex videlicet pro quolibet.

Item legavit dictæ Confraternitati Sanctæ Marthæ scuta centum quolibet anno, cum onere dotandi unam puellam ex proximioribus ipsius testatoris.

In reliqua verò hæreditate sua dividenda in quinque partes, substituit quosdam ipsius testatoris consanguineos, illorumque filios, & descendentes, cum perpetuo, & reciproco fideicommisso inter ipsos.

Mortuo Thoma, Joannes Paulus frater uxorem duxit Veronicam, cui ultra dotem sibi promissam scutorum trium millium, constituit etiam augumentum aliorum scutorum duorum millium monetæ; Ac posteà sub prætextu, quòd legata non fuissent soluta intra debitum tempus, quòd essent incerta, & quòd valorem dictæ hæreditatis Thomæ excederent, quòdque propterea Fabricæ S. Petri jus quæsitum fuisset, concordavit cum dicta Fabrica, ac ei promisit solvere scuta duo millia; Et vice versa fabrica cessit illi, & personæ ab eo nominandæ jura talia qualia.

Successivè idem Joannes Paulus statuas, ac lapides vendidit pretio scutorum 6500. Ex quorum sex millibus fuerunt empta tot loca montium, quæ stare deberent pro evictione, & scuta quingenta soluta fuerunt d. Joanni Paulo; Et posteà Sanctissimus D. N. instrumentum dictæ venditionis per literas Apostolicas confirmavit, & dicta scuta sex millia investita subrogavit loco statuarum; Et eveniente casu mortis Joannis Pauli sine filiis, quo casu purificabatur fideicommissum ad favorem consanguineorum, & fiebat locus solutioni legatorum; mandavit omnibus satisfieri pro rata pretii redacti ex venditione præfata, assignando cuilibet tot loca montium, pro rata, cum derogatione privilegiorum fabricæ, regulæ de jure quæsito, & cum aliis clausulis amplissimis. Mortuus est Joannes Paulus sine filiis, & cum fideicommissarii peterent immitti in possessionem, tanquàm purificato fideicommisso, ad ipsorum, & legatariorum favorem, opposuerunt se fabrica Sancti Petri pro dictis scutis 2000. ac cessionarii, & creditores Joannis Pauli, inter quos erat Veronica uxor pro sua dote, donatione propter nuptias, & augmento, & lite introducta, ego fui deputatus, & volui consulere Rotam.

Propo-

Proposito igitur dubio, an cessio facta per fabricam Joanni Paulo à Porta, seu personæ ab eo nominandæ obstet hæredibus fideicommissariis, & legatariis quondam Thomæ in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Domini negativè responderunt. Nam primò quo ad fideicommissarios vocatos in quinque partibus suæ hęreditatis,
265 cum sint certi, & vocati, tanquàm † consanguinei testatoris, Domini non censebant, Fabricam habere quicquam agere cum illis, & consequenter cessionem, factam per Fabricam Joanni Paulo, illis non posse nocere; Ipsi enim non prætendunt bona Thomæ, tanquàm hæredes Joannis Pauli, sed tanquàm vocati à Thoma; Unde factum Joannis Pauli illi non potest obesse. Minus possunt eis obesse jura Fabricæ vigore cessionis translata in Joannem Paulum, & successivè in hęredes, seu creditores Joannis Pauli, quia Fabrica in hoc relicto nullum omninò jus potest prætendere,
266 dere, † cum nullum adesset probabile dubium, aut justa causa transigendi, *l. 1. cum ibi not. ff. de transact.* Etenim nullo jure, aut privilegio cautum reperitur, quòd Fabrica posset sibi appropriare fideicommissa relicta particularibus personis.

Quo verò ad Legatarios, Domini considerabant, quòd hæc cessio in omnem eventum non poterat ipsis obstare, nisi repræsentativè, tanquàm Joannes Paulus cessionarius, & successivè ejus hæredes, & creditores Fabricam ipsam cedentem repræsentarent: Unde, cùm plus juris habere
267 † non possent, quàm ipsa Fabrica haberet, *l. nemo plus juris, ubi Dec. & Cagn. ff. de reg. jur.* Domini voluerunt discutere singula legata.

Et primò, quo ad scuta quinque relicta Societati S. Luciæ, & alia scuta quinque relicta Societati Sancti Josephi pro jentaculo faciendo in visitatione septem Ecclesiarum, Domini non censebant, Fabricam posse aliquid prætendere,
268 quia, licèt prætendatur, † inter cætera privilegia Fabricę concessa, fuisse etiam ei applicatas omnes, & singulas pecunias, quæ in prandiis, conviviis, & publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus erogantur, tamen putabam, hujusmodi privilegia non esse intelligenda de hac parva summa relicta confraternitatibus pro refectione in visitatione

septem

septem Ecclesiarum, cum onere unius Missæ, celebrandæ pro anima sua, sed potiùs de prandiis, & conviviis relictis ad favorem Populi, & Universitatis, & sic incertarum personarum, vel etiam ex simplici causa convivii, & jucunditatis, non autem ad effectum certi operis pii, prout in proposito casu.

Quo verò ad illa duo Legata, videlicet scutorum 300. annuorum, pro alendis tribus pueris in Urbe, & aliorum trecentorum, pro Monasterio faciendo cum septem Monialibus, Domini neque censebant Fabricam posse habere aliquam justam prætensionem: Nam primò respondebant; quòd cessat incertitudo, in qua jus Fabricæ fundatum est ex constitutionibus summorum Pontificum: hujusmodi enim legata, licèt videantur incerta ab initio; Tamen po-
269 steà cessat omnis incertitudo, † quia reducuntur ad certitudinem, ex nominatione, & electione facienda per certas personas, prout in hoc casu facienda est de dictis pueris, & puellis per Guardianum Capuccinorum, & Præpositum terræ Porlezzæ, ut in similibus terminis de legatis piis incertis, concessis per Sedem Apostolicam Regi Franciæ, pro passaggio contra infideles respondit *Oldr. cons.* 61. *num.* 3. & faciunt tradita per *Paris. cons. ultim. in fin. vol.* 3. *& per Illustrissimum Cardin. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8 *tit.* 4. *num.* 18.

Secundò respondebant etiam, & huic responsioni potissimum insistebant, quòd scilicet cessat intuitus pietatis: Nam constitutiones, & privilegia Fabricæ loquuntur de relictis Deo, & ejus Sanctis, & eorum intuitu pauperibus, & locis piis in genere, non habita ratione consanguineorum; Sed testator in hujusmodi legatis puerorum, & Monia-
270 lium voluit præferri suos consanguineos, † quibus nimis magnum præjudicium fieret, si hæc legata ipsis debita applicarentur Fabricæ, cùm sint satis certi, nec summos Pontifices iis voluisse præjudicare, credendum est, cùm testator potiùs contemplatione sanguinis, quàm pietatis ea reliquerit, *cap. requisiti, ubi Abb. num.* 2. *vers. si verò propinquo legatur Episcopo de testam Bal. in auth. Similiter, num.* 5 *vers. item Monasterium, & ibi Rom. num.* 3. *Cod. ad leg. Falcid. Ceph. consil* 216. *num.* 17. *versic. quinto dico*. Et in dubio,

bio, relictum censetur potiùs ratione consanguinitatis, quàm pietatis, & pro anima, *Illustriss. Mant. de conject. ult. volunt. lib.6. tit. 3. n. 25. vers. in dubio autem.*

Supererat legatum panis, & vini relictum Capuccinis, super quo Domini habuerunt difficultatem, stante ipsorum incapacitate juxta *Clem. I. de verb. signif.* Unde videbatur, intrare facultates Fabricæ; Et, licèt testator in casum incapacitatis providisset, legando Confraternitati S. Marthæ, quàm supplicabat, ut faceret dictam eleemosynam Capuccinis; Tamen videbatur, quòd per indirectum fuisset hoc legatum Capuccinis incapacibus relictum.

Nec etiam visæ fuerunt obstare declarationes, aliàs factæ per Congregationem Fabricæ, per quas applicabantur ei legata, & dispositiones pro constructione Monasteriorum, Hospitalium, seu Ecclesiarum, quando adsunt impedimenta, puta, quia pecuniæ non sufficiant, aut ædificium non possit fieri in loco à testatore designato; Quia in iisdem constitutionibus cavetur, ut præfigatur gravatis certus terminus ad removendum impedimenta, quo elapso, & impedimentis non sublatis, legata Fabricæ S. Petri applicentur.

In præsenti autem casu nullus terminus fuerat prefixus, & suppletum fuerat per literas Apostolicas Sanctissimi D. N. per quas expressè determinabatur, hujusmodi legati debere diminui pro rata pretii redacti ex venditione statuarum, cum amplissima derogatione privilegiorum Fabricæ, & regulæ de jure quæsito.

271 Quæ reductio legatorum pro rata, † stante defectu facultatum defuncti, fuit æquissima, & conformis dispositionis juris communis, *in l. si quis testamento, §. apud Julianum ff. de leg. 1.*

Tandem Domini animadverterunt, transactionem cum fabrica fuisse principaliter fundatam super incertitudine, ad quam sufficienter responsum fuit: Item super eo, quòd legata non fuerant soluta intra tempus debitum, & quòd bona quædam hæreditaria contra mentem Testatoris fuissent alienata.

Verùm, cùm hæc non probarentur, nec posset illa mora considerari respectu legatorum debitorum post obitum Joannis Pauli, qui nuper obiit. Domini

Domini concluserunt, cessionem factam per fabricam Joanni Paulo, seu personæ ab eo nominandæ, non obstare hæredibus fideicommissariis, & legatariis q. Thomæ, &c.

ROMANA LEGATI
Mercurii 10. Maii 1617.

CORAM BURATTO.

ARGUMENTUM.

Domus professa Societatis Iesu, licèt sit verè mendicans, est tamen capax bonorum stabilium: non ad effectum illa retinendi, sed vendendi, & ex eorum pretio propriis necessitatibus providendi.

RESOLUTUM fuit per Dominos, legatum census scutorum 1000. in sorte à q. Clarice factum deberi Domui professæ Ven. Societatis Jesu legatariæ, non ad effectum retinendi, (quòd nec ipsa prætendit) sed consequendi ex ejus venditione æstimationem in ejus necessitates, & pios usus
272 convertendam. Quamvis enim sit Mendicans, & votum paupertatis emittat, *Gabr. consl. 28. vol. 1. Mandos. de privileg. ad instar q. 10. glos. 11. num 18. in fin. Molin. de just. & jur. tract. 2. disput. 139 col. 2. vers. tam professi, Menoch. cons. 1014. num. 14. Azor. Instit. Moral. part. 1. cap. 23. quæst. 8. Gratian. discept forens. cap. 202. num. 44. Molphes. in comment. consuetud. Neap. tom 2. part. 4. de success. ab intest. quæst. 64.* *, & per sanct. memor. Pium V. fuerit talis declarata, & inter alios Mendican-
273 tium Ordines connumerata: imò illius Regula principaliter executa in ejus Bulla 7. Julii 1571. de qua meminit *Menoch. d. cons. 1014. num. 14. & 15.* Et quæ fuit confirmata per literas aliorum Summorum Pontificum, de quibus infra, & in specie, quoad mendicitatem per fel. rec. Greg. XIII. in ejus literis de usu facultatum sub die 3. Maii 1575. & in aliis de facultate alienandi 18. Decembris 1576. adeò ut licèt etiam ex propriis constitutionibus non possit aliqua bona stabilia, vel redditus privatim, vel in communi habere. Tamen potest capere legatum etiam stabilium, non ad possiden-

* Latè *D. Ricciull. de jure person. &c. lib. 8. cap. 9. n. 3. & per tot.*

274 ſidendum, ſed ad vendend. quia iſtud non infringit mendicitatem, nec votum paupertatis, *ad gloſ. vulg. in cap. 1. in verb. domum, de relig. dom. in6.* quam ſequuntur communiter *ſcriben. in l. Julianus, §. conſtat de leg. 2. & in cap. filius de teſtam.* & eam eſſe communiter receptam teſtantur *Gabr. d. conſ.* 28. *num.* 3. *Navar. in comment.* 2. *de regul. num.* 50. *verſ. ſi autem aliorum; & Menocb. præſ.* 120. *num.* 5. *lib.* 2. Qui etiam pluribus relatis dicit veram, & communem *d. conſ.* 1014. *num.* 14. & ultra allegatos per eum, illam quoque tenuerunt plures alii relati *per Azor. d. quæſt.* 11 *Gratian. d. cap.* 202. *num.* 42. *Leonard. Leſſ. de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 5 *num.* 54. *verſ. octavò Fratres minores*, *Caball.* plures etiam de communi allegans *conſ. deciſ.* 16. *num.* 16 *part.* 2. & ſequuta eſt Rota apud *Cbiſanen. deciſ.* 10. *& Gomeſ. deciſ.* 34. *in manuſcript. Put. deciſ.* 279. *lib.* 1. *ſecundùm notiſſimam impreſſionem*, ubi dicit *gloſ. in d. cap.* 1. *de relig dom. in6.* eſſe communiter approbatam, & noviſſimè *in Romana bæreditatis* 5. *Maii* 1593. *coram bon. mem. Mantica, idem Mantic. de tacit. lib.* 25. *tit* 6. *num.* 58. Imò de conſuetudine communiter obſervari teſtantur *Bald. conſ.* 252. *col.* 2. *verſ. nec obſtant verba lib.* 2. *Dec. conſ.* 559. *num.* 5. *verſ. & cenclusio ſupradicta*, *Cuman. conſ.* 169. *colum.* 2. *verſ. bis tamen non obſtan. Put. Gomeſ. & Mantic. in deciſ. allegati*,

275 *& Cabr. de legat. concluſ.* 1. *num.* 34. Nec obſtat diſtinctio inter Mendicantes ex regula, & Mendicantes ex propriis conſtitutionibus, ut primi nullo modo capere poſſint, ſecundi verò ad ſupradictum effectum, de qua *per Clar. in §. teſtamentum, quæſt.* 29. *Capr. conſ.* 24. *num.* 12. *&* 13. *Gabr. d. concl.* 1. *num.* 34. *Craſſ. d. quæſt.* 7 *& Emanuel. Roderic. qq. Canonic. &*

276 *Regul tom* 2. *quæſt.* 125. *art.* 1. *in princip. fol. mibi* 350. Imò facit pro deciſione cum prædicta Societas non militet ſub aliqua ex regulis aliorum Mendicantium, ſed ſub propria à ſuo Fundatore facta, & per eum latiùs in ſuis conſtitutionibus explicata, *ut ex Navar. ubi ſupra, refert Menocb. d. conſ.* 1014. *ſub num.* 14. ex quibus regula, & conſtitutionibus (per quas demandatur mendicitas, & juxta quas Societas fuit etiam verè Mendicans declarata per Pium V. ut expreſsè legitur in dd. ejus literis *ſub dat.* 7. *Julii* 1571.) non prohibe-

277 tur acquiſitio annuorum redditum, & ſtabilium, ſed tantùm poſſeſſio, & retentio in communi, & in particulari,

G ut

*, ut legitur in formula instituti dictæ Societatis sanctæ Sedi Apostolicæ Julio Tertio oblata, ut in ejus constitutionibus *part. 6. cap. 2. per tot.* ubi agitur de illius paupertate, & præsertim *num. 5. liter. E.* ubi idem Fundator dictam Regulam, & formulam declarando statuit, quòd quicquid stabile illis donatum fuerit, teneatur eo, quàm primùm se exuere, ac vendere, ut pauperibus Societatis sua in penuria subveniatur. Quæ declaratio non repugnat verbis Regulæ, & constitutionis annuos redditus, & possessiones habere prohibentis, si attendamus illorum significationem.
278 Verbum enim *habere*, sive ad dominium juxta ejus proprietatem, sivè ad possessionem referatur, semper intelligitur cum effectu, *l. habere* 188. *& l. nomen* 164. *in fin. ff. de verb. signif.* cum latè allegatis per *Hond. consil.* 69. *num.* 1. *vol.* 1. & in puncto ita intelligendas esse constitutiones, quæ prohibent habere possessiones, tradit *Calderin. cons.* 46. *in fin. de testam.* & ita etiam dictum verbum, *habere*, declaratur *in Clemen. exivi de paradiso, de verb. signific.* ut dicit *Corn. consil.* 117. *num.* 8. *volum.* 2. & in proposito, sic quoque explicant DD. sequentes *Glosam in d. cap.* 1. *de relig. domib. in* 6. su-
279 pra allegati in principio. Undè etiam habuisse non dicitur, qui statim restituit *Marsil. singul.* 177. *num.* 2. *Bimius consil.* 65. *num.* 11. *volum.* 1. & facit, quòd ubi res non remanet aliquo tempore penes eum, cui datur, perinde est, ac si
280 data non esset, *l. qui sic, ff. de solut. l. fin. §. fin. C. de bonis, quæ liber.* cum aliis per *Phanuc. de lucro dot. glos.* 8. *num.* 66 qui loquitur in terminis legati, quod non est penes legatarium permansurum; & ita constitutio prædicta dicitur tantùm resistere retentioni, non autem acquisitioni ad dictum effectum. Et hoc modo iidem DD. declarant Regulam Mendicantium, quibus prohibetur habere stabilia. Et hæc confirmantur ex illis verbis, *nec ad illa bona stabilia retinenda jus aliquod civile acquirere*, positis in supradicta formula instituti Julio III. oblata, & ab eodem confirmata.
281 Verbum namque, *retinere*, præsupponit ex necessario antecedenti acquisitionem. Voluit ergo fundator in Regula, ut

* *D. Ricciull. d. cap.* 9. *sub num.* 22. *& seqq.* & allegata hac decisione fuit dictum *in Romana legati* 2. *Aprilis* 1618. *coram bon. mem. Ubaldo.*

ut Societas posset annuos redditus, & possessiones acquirere, sed teneretur quàm primum data temporis opportunitate, illa vendere, ut expressit in dicta declaratione. Declarationes autem eandem vim habent, quàm ipsamet Re-
282 gula, & constitutiones. Tùm quia sunt factæ ab eodem fundatore, ut legitur in illarum proœmio, & refert *Menocb. d. cons.* 1014. *sub d. num.* 18. Tùm quia fuerunt per Sedem Apostolicam confirmatæ. Primò videlicet per Paulum III. in suis literis 5. Kalendas Octobris 1540. & pridie idus Martii 1543. in quibus expressè conceditur auctoritas hujusmodi constitutiones condendi, & tàm factas, quàm faciendas mutandi, alterandi, seu in totum cassandi, & alias de novo condendi; quæ postquam factæ, alteratæ, & mutatæ fuerint, de novo confirmantur. Deinde per Julium III. 12. Kalen. Augusti 1550. & 22. Octobris 1552. Gregorium XIII. Kal. Junii Februarii 1582. & Kalen. Julii 1584. Gregorium XIV. 4. Kal. Junii 1591. & per Sanctissimum D. N. Paulum V. pridie nonas Septembris 1606. per quorum literas confirmantur institutum, Constitutiones, ac statuta, & decreta facta, & facienda. Itaut propterea dubitari non possit de validitate dictarum constitutionum,
283 debeantq. censeri Papales, *Rot. decis.* 452. *sub num.* 1. *part.* 1. *divers. Card. Seraph. decis.* 1170. *num.* 3. *in Balneoregien. bonorum* 30. *Octobris* 1589. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Romana separationis thori* 2. *Decembris* 1605. & 16. *Januarii* 1606. *coram Reverendiss. Lugdunen & in aliis*. Tertiò dum Gregorius XIII. 12. Decembris 1576. & Nonis Augusti 1582 per ejus literas à supradictis successoribus confirmatas concessit Præposito Generali dictæ Societatis facultatem alienandi sub certis modo, & forma quæcunque
284 bona stabilia ejusdem Societatis Domorum Professarum, & Collegiorum, ex hoc enim videtur in necessarium antecedens acquisitio ad effectum prædictum permissa, cum privatio præsupponat habitum, ut considerat in proposito
285 *Menocb. ubi sup. num.* 19 *in fin.* aliàs inepta, & frustatoria fuisset relata dictarum literarum dispositio, quòd nullo modo dicendum est; & licèt dictæ solemnitates requisitæ non
286 essent in alienatione bonorum Societatis, & Domorum Professarum, quia cum retinere non potuerint, alienatio

 dicitur

dicitur necessaria, ut in terminis tradit *Bald. in auth. si qua mulier num. 15. vers. sed si ponamus, & in authen. hoc jus porrectum num. 14. in fin. vers. adde post omnia, C. de sacros. Eccl. Marſ. sing. 152. C. d. consil. 117. num. 13. lib. 3. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. in rubr. de casibus, in quibus fit alien. rer. eccleſ. ſin. ſolemnit. §. item bona Fratrum, fol. mihi 243. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 4. num. 57.* Tamen ad tollendam omnem ambiguitatem, & venditionem facilitandam dictus Summus Pontifex Gregor. XIII. id voluit expreſsè, & pleniùs declarare, ut legitur in literis ſupradictis.

Ex quibus etiam patet, nullam vim fieri poſſe in prima formula inſtituti Societatis Paulo III. oblata, & per eum confirmata, in qua videbatur prohibita acquiſitio ſtabilium, quia illa erat obſcura, & indiſtincta; Undè poſteà per eundem Fundatorem exactiùs, & diſtinctiùs fuit explicata, & declarata, ac Julio III. oblata, & per eum confirmata, prout eſſet ab eodem Fundatore in conſtitutionibus, & declarationibus ſupradictis, quæ ſolùm attendendæ videntur *ad tex. in l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* & expreſsè legitur in procemio Bullæ ejuſdem Julii III. ex quo cauſa finalis deſumitur, & in dicta formula inſtituti, in quibus additum fuit verbum *retinenda*, itaut non videatur prohibita acquiſitio, ſed tantùm retentio, ut dictum eſt ſupra. Et ideò in ſpecie hanc Societatem, & Domum eſſe capacem acquiſitionis ſtabilium ad effectum illa vendendi, & ex eorum pretio propriis neceſſitatibus pro-
287 videndi, ut ſupra dictum eſt, tenuerunt *Navar. Menocb. Gratian. in* locis ſupra citatis, *& Rot. in dicta Romana hæreditatis coram Card. Mantic. in fin.* & noviſſimè *Julius Negronus in Comment. regularum contrariarum dictæ Societatis in explicatione tituli part. 3. ſub num. 7. pag. mihi* 76. & ſentit *Gabr. d. conſ. 28. in princ. & num. 6. & 12. & Mandoſ. de privil. ad inſtar §. 11. num. 12.* Et hanc opinionem approbavit etiam obſervantia ſubſecuta; cum dicta Domus fuerit hactenus abſq; controverſia hoc modo admiſſa ad hæreditates, & relicta ſtabilium, ut in Domo Profeſſa Mediolani teſtatur *Menocb. d. conſ. 1014. num. 11.* & in Domo profeſſa Urbis, de qua agitur, plura recenſeri poſſent exempla, & præſertim hæreditatis q. Jo: Baptiſtæ Muccarani, cujus partem in qua fuerat

rat instituta, lite acta in *Rot. cordm bon. mem. Litta*, consequuta fuit; istius autem observantiæ vis est novissima, &
288 de ea latè *Menoch. ibidem num.* 28. Non obstat renunciatio facta per dictam Societatem dispositioni *sacr. Conc. Trid. sess.* 25 *cap.* 3 *de regular.* per quam conceditur Monasteriis etiam Mendicantium licere immobilia possidere, de qua per *Molin. ubi supra*, quia intelligitur quoad hoc, ut possit habere, & perpetuò possidere stabilia, non autem ut capiat ad venden. ut benè declarat *Menoch. d. cons.* 1014. *num.* 28. Quòd comprobatur ex concessionibus alienandi sibi factis post dictam renunciationem, quæ nihil operarentur, si prohibita diceretur acquisitio, ut fuit pariter supra con-
289 sideratum. Nec facit, quòd legatum fuerit factum simpliciter, non ad dictum effectum vendendi: quia est interpretandum eo modo, quo Societati licitum est capere: sicque ad dictum effectum vendendi, ut supra *Glos. in d. clem. exivi de Paradiso, de verb. signif. in verb. proinde, col.* 5. *vers. si autem modus*, & *Ancbar. num* 13. *vers. quandoque Fratribus relinquitur*, *Bart. in auth. excipitur, num.* 2. *vers. puto autem*, *C. de bon. quæ liber. Abb. cons.* 62. *num* 8. *par.* 2. & ita etiam in simili relicto declaravit sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Sac. Conc. Trid. interpretum *super dicta sess.* 25. *cap.* 3. *de regular.* & sinè dubio attentis verbis testatricis, quæ reliquit censum, de quo agitur non solùm amore
290 Dei, sed etiam cum clausula, *omni meliori modo*, quæ facit actum valere eo modo, quo potest, ex vulgar. Quia tamen plures detractiones prætendebantur, reservatum fuit videre, an obstent, & dictum, quòd interim firmetur status hæreditatis. Et ita, &c.

Mercurii 10. Aprilis 1630.

CORAM MERLINO.

ARGUMENTUM.

Exequutor testamentarius quando nequit secundum impositam formam mandata in testamento exequi, qualiter se gerere debet. Et an ad eum spectet supplere, declarare, & interpraetari mentem Testatoris. Item doctè declaratur quibus casibus legari non possit fratribus Minoribus ordinis S. Francisci, & quibus è contra.

Dominus Petrus Joannes Albert à Petro Elia in testamento executor supremae ejus voluntatis decretus, postquam demandatam executionem adamussim ex voto Testatoris implevisse se .... est, ad reddendam rationem testamentariae administrationis paratum se exhibuit; super qua rationum editione suborta controversia inter Syndicum Ecclesiae S. Mariae de Monserrato haeredis institutae, & D. Albertum executorem, causa fuit coram A. C. introducta, cui placuit me proponente Rotam consulere, An constet de legitima computorum redditione quoad tres partitas.

Primò quoad scuta 200. soluta oeconomo S. Petri ad Montem Aureum.

Secundò quoad scuta 197. soluta pro impressione libri Fr. Angeli del Paz.

Tertiò quoad expensas inscriptionis in elogium Testatoris factae.

Et hodiè quoad omnes affirmativè resolutum fuit.

Quòd enim attinet ad primam nempè ad solutionem scut. 200. factam oeconomo S. Petri ad Montem Aureum, in dubium non videtur posse revocari, quin dicta scuta rectè fuerint soluta; quoniam Petrus Elias Testator disertis verbis mandavit, ut pro cultu divino in honorem Venerabilis Fratris Angeli del Paz, ad ejusdem sepulchrum situm in Ecclesia S. Petri ad Montem Aureum perpetuò accensa lampas arderet, ad quem effectum legavit unum ex locis

montium

montium in sua hæreditate reperiendum, & consignandum œconomo dictæ Ecclesiæ, & alium ex dictis locis montium legavit eidem Ecclesiæ, adhoc, ut tot Missarum Sacrificia in propitiationem, & suffragium animæ ipsius, & pro requie Benefactorum Deo offerrentur: Undè D. Albert ad exequendam voluntatem Testatoris assumptus, rectè, & justè soluit scuta 200. cum loca montium in hæreditate nulla extarent, & sic quoad fieri potuit jussa Testatoris implevit, & ut conservaretur suprema ejus voluntas omni meliori modo curavit; Hoc enim est munus Testamentarii executoris, qui dum nequit secundum impositam formam mandata in Testamento exequi, debet secundum id, quòd scit, vel præsumitur, & speculatur voluisse Testatorem,
291 & secundum legum, & Canonum sanctiones ejusdem Testatoris licitam voluntatem ad effectum perducere *ad leg. nulli C. de Episcop. & Cleric. capit. Joannes cap. tua nobis, cap. nos quidem de testament.* & tradit *Joan. de Canib in tract. de execut. ultim volunt. part.* 1. *§*. 1. *numer.* 21. *& seqq. Gregor. Tholosan. sintagm. jur. part.* 3. *lib.* 42. *numer.* 9. *Spin. de testam. glos.* 18. *num* 2. 18. *&* 29. Et ad ipsum executorem spectat supplere, declarare, atque interpretari mentem Te-
292 statoris, & voluntatem executere, & ipsius declaratio est omninò attendenda *Bald cons.* 259. *lib.* 4. *& cons.* 468. *numer.* 3. *vers. super quo etiam exequutoris lib* 1. *Ancbar cons.* 329. *numer.* 2. *in fin &* 3. *Simon de Pret. de Interpret. ultim. volunt. lib.* 1. *solut.* 7 *per tot. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib* 3. *tit.* 1. *num.* 20. Præsertim verò quando apparet, quòd Te-
293 stator expresè fidem executoris sequutus est, ut in casu præsenti, ubi testator jussit post solutionem æris alieni, & legatorum, residuum hæreditatis ab Ecclesia Beatæ Mariæ in Monserrato hærede scripta distribui in pia opera bene exequutoribus visa, & in specie declaravit, quòd omnia fierent cum consensu, & voluntate Alberti, quia ipse solus sciebat ejus mentem, & intentionem, ex quibus verbis desumi potest amplissima auctoritas Alberto concessa; Ita ut ex arbitrio, & voto ipsius fuerit omninò adimplenda voluntas defuncti, dummodò rationabiliter impleretur, hoc enim important beneplacitum, judicium, & voluntas
294 Alberti à testatore exigita ad tradita per *Bart. in extravag.*

ad reprimendum in verbo videtur num. 4. *Corn.* conf. 92. num. 11. & feqq. lib 2. *Menoch.* de arbitr. Jud. lib 1. q 7. n. 2. & q. 8. num. 10. & benè in his terminis *Capr.* de executor. ultim. vol. membr. 6. num. 145. & 146. *Borgnin.* decif. 40 num. 12. & 13. part. 5. Imò ipfi fat eft dicere foluiffe dicta fcuta
295 200. quia ita benè fibi vifum fuit, verbum enim, videtur, licèt importet arbitrium boni viri, & excludat temeritatem agentis, nullam tamen imponit probationis neceffitatem perfonæ, in quam directum eft, nec gravat ad juftificandum id, quod geffit, ut benè docuit *Jo: Andr.* in cap. 2. n. 2. & ad med. verbo malitiæ de Juramento calumn. quem fequitur *Afflict.* decif. 91. num. 7. verf. fed pofito *Caftill.* decif. 8. num. 3. & feqq. confequenter implementum, & executio mediante folutione fcutotum 200. ab Alberto perfecta, nullo modo impugnari poteft, fed quòd ipfe declaravit haberi debet, acfi fuerit à Teftatore declaratum juxta tradita
296 per *Capr.* ubi fupra num. 149.

Nec eft ambigendum, quin voluntas, Petri licita, & valida fuerit, quoad dictum legatum factum œconomo Ecclefiæ S. Petri ad Montem Aureum, pro lampade in honorem P. Angeli del Paz, & pro miffis in fuffragium Animæ fuæ, licèt fratres Ecclefiæ S. Petri in Monte Aureo, tamquam de obfervantia ordinis S. Francifci, videantur incapaces
297 omnis fucceffionis, & legatorum ex Conftitutione Nicolai Tertii in cap. ex it §. Infuper de verb. fignif. in 6. & Clementis V. in Clem. exivi de Paradifo eodem tit. & ex Sacri Concilii Tridentini difpofitione, quòd hanc incapacitatem folum refervavit Patribus Capuccinis, & Minoribus de obfervantia, ut in feff. 25. cap. 3.

Quoniam vifum fuit Dominis in propofito cafu non appli-
298 cari dictas Conftitutiones in c. exiit, & Clem. exivi, & non obftare validitati prædicti legati, pro quarum Conftitutionum intelligentia, cum multa inculcarentur ab Informantibus, congruum pùtarunt Domini aliquas firmare conclufiones.

Prima eft conclufio, quòd fratres Minoris ordinis S. Patris Francifci tàm de familia, quàm reformati, funt capaces legatorum, quæ unica folutione, feù prælatione adimolen-
299 tur, tàm in pecunia numerata, quàm in aliis fpeciebus, ut

ut puta frumenti, vini, olei, & stabilium, dummodò tamen duo copulativè concurrant; Primo quòd legatum fiat
300 modo licito, atque ipsis Fratribus juxta eorum Constitutiones permisso, hoc est, ut in eorum necessitates convertatur, vel nullus explicetur modus, sed absolutè illis legetur, quo casu præsumitur legatum eo modo, quo ad legati valorem necessarius est, non autem fiat modo illicito, & illis prohibito, ut puta si legantur bona stabilia ad excolendum, vel locandum, tunc enim cum legatum capiat substantiam à modo, siquidem Fratres Minores ex se, non sunt rei immobilis relictæ capaces, sed ratione soliùs modi illis liciti capaces redduntur, utiq; legatum corruit, nec etiam æstimatio debetur; Secundò quòd legati quantitas non sit ingens, & immoderata, quæ sapiat thesaurizationem, ex qua violetur votiva paupertas, & videatur fieri in fraudem, hoc est relinqui hæreditatem sub nomine legati, sed modica, & suppetens ad solam necessitatem, & executionem officiorum sui Ordinis, quod relinquitur arbitrio Superioris attenta personarum, & temporum qualitate, & conditione locorum, atque aliis circumstantiis, ita ad normam Regulæ S. Francisci sanxerunt Summi Pon-
301 tifices Nicolaus Tertius in dicto cap. exiit, & Clemens V. in dicta Clementina exivi de verborum significat. & tradunt *Bart.* in tract. minor. lib. 2. distinct. 1. num. 1. & seq. *Bald.* in authent. ingressi num. 59. C. de Sacrosf. Eccles. Cardin. *Zabarell.* in dicta Clement. exivi §. proinde num. 11. & ibidem *Ancbar.* num. 13. & 15. *Butr.* in cap. in præsentia nu. 35 ubi & *Felin.* num. 52. ad fin. de probat. *Gabr.* conclus. 1. num. 4. de legat. *Navar.* cons. 8. num. 1 & 2. de testamen. *Peregr.* de jur. fi c. lib. 3. tit. 14. num. 2. & conclus. 10. & 11. *Menocb.* cons. 1014. num. 41. & seqq. usque ad fin. *Roderic.* de regular. tom. 2. q. 127. artic. 1. per tot. *Corduba* super Regula Sancti Francisci cap. 6. q. 8. super secundo puncto *Hieronym. a Politio Capuccin.* super d. Reg. cap. 6. num. 62. & 72 benè *Sanchez* super decalog. lib. 7. q. 26. à num. 10. ad 19. & nu. 28. Nec deficit ratio quoniam per receptionem hujusmodi le-
302 gatorum, non providetur totali necessitati Fratrum, nec excluditur mendicitas, itaut precario, & ostiatim sibi quærere victum non cogantur, ut præcipitur in cap. 1. de relig.

domib.

domib. in 6. cap. nimis il 2. de excessibus Prælat. sed hæc legata sunt quædam eleemosinæ, quæ nullum tribuunt do-
303 minium, proprietatem, aut possessionem, quæ repugnant eorum statui, nec tollunt, quin Fratres divinæ innitantur providentiæ, & quemadmodum Fratres sunt capaces donationis sub modo licito, ita etiam legati, quòd est quædam donatio *§. legatum Inst. de legat. Sanchez super decalog. dicto lib. 7. cap. 26 numer 10. Sanctes Capuccinus super Regul. Sancti Francisci cap. 6. fol. 305.*

Secunda est conclusio, quòd Fratres Minores non sunt capaces annuorum reddituum perpetuorum, etiamsi illa relinquantur adiecto onere perpetuo celebrationis Missarum,
304 Ita videtur decidere textus in dicta *Clement. exivi vers. cumque annui redditus de verbor. signific. in* 6. & idem voluit *Glos. in cap. quorumdam verbo Mendicantium de elect. in 6. & in cap. 1. de relig. domib. eodem lib. Abb. in cap. nimis il 2. sub numer. 2. & ibidem Jo. Andr. num. 2. Anchar. numer. 2. de excess. prælat. Gemin conf. 40. numer. 4. & seqq.* quòd est etiam inter *conf. Fulgos.* 104 *Bald. in dicta authent. ingressi num 59. C. de Sacros. Eccles. Bart in leg. legatum numer. 2. ff. de capit. diminut. Zabarell. in dicta Clement. exivi dicto §. cumque annuit per tot Federic. de Sen. conf 12. numer. 4. & 5 Navar. cons. 8. numer. 3. & seq. de testament. Polit. Capucc. super Regul. Sancti Francisci cap. 6. numer.* 59. ubi testatur Capuccinos non admittere hujusmodi legata *Sanctes Thesaur. Capucc. super dicta reg. cap.* 6. *Sanchez super decalog. d. cap 26 num* 34. quæ quidem conclusio illa potissimum ratione subnititur, quia nihil est, quòd magis arctissimæ paupertati minorum repugnet, quam redditus annui, qui sunt certi, & determinati; sapiunt nimiam proprietatem, atq; inter immobilia connumerantur in dicta *Clemen. exivi § cumque annui*, & ibidem notant Doctores, & latè in his terminis *Borel. conf.* 17 *num.* 23. per quorum possessionem in perpetuum provideretur Fratrum necessitati, & penitus excluderetur mendicitas, vel in ea certè mentirentur,
305 quòd est absonum, ut ex *l. si quis C. de censibus, & censis. l. b* 11 deducit in proposito *Bald. in dicta authent. ingressi ad num. 60. ad fin. C. de Sacros Eccles.* Sique Fratres reciperent hujusmodi annua legata, & obligationes perpetuas etiam

pro

pro Missis, & Anniversariis celebrandis, tractu temporis
306 nedum mendicitatem desererent, sed conflatis pluribus annuis redditibus, qui superabundarent ad alimenta, & vitæ sustentationem apertè ditescerent, quòd esset magnum absurdum eorum statui repugnans, ut perpendit *Navar. dicto consf. 8. numer. 6.* & *Sanctes Thesaur Capuccin. super Reg. S. Francisci cap. 6. fol. 308.* qui ampliùs asserit super hoc emanasse Constitutionem Leonis Decimi prohibentem receptionem hujusmodi legatorum, & demum modus similis legati, ut quotannis aliquid solvatur, semper secundum
307 dum eorum Constitutiones est illicitus, à modo autem capere substantiam legata facta minoribus dixit *Bald. dicta authent. ingressi numer. 59. Sanchez super decalog. d. lib. 7. cap. 26. num. 8.*

Et quamvis ab hac opinione, quoad anniversaria perpetua relicta Minoribus in stipendium Missarum, & divinorum
308 Officiorum celebrandorum dissentire videatur *Silvester in sum. verbo legatum il 2. sub numer. 4. vers. 3 Petrus, quem seqq. Roderic. qq regular. tom. 2. qu. 127 art 4 & F. Thomas à Jesu Maria Discalceatus Carmelit. in expositis regul. S. Francisci part. 5. cap. 3. vers. possunt præterea*; Attamen etiam quoad ista Anniversaria benè procedit supra firmata conclusio, & militant præallegatæ rationes, annuusq; redditus ex eo, quòd sit debitus intuitu Missarum non desinit esse
309 annuus redditus, qui semper Minoribus est interdictus, & sententiam Silvestri, atq; aliorum doctè reprobat *Sanchez dicto cap. 26. num. 42.* contra quam refert, per duo capitula generalia; Ita fuisse definitum, & Capitulares ordinationes testatur se vidisse *Surd. de aliment. tit. 3. qu 4. numer. 13.* Addens, quòd in vim hujusmodi ordinationum Guardianus, vel alius Prælatus protestari debet, quòd non intendit legatum acceptare, immò absolutè repudiat, & concordat *Corduba* super Reg. S. Francisci cap. 6. qu. 11. art. 4. vers. si verò legatum.

310 Nec adversantur *Federic. de Sen. consil. 12. Abbat. consil. 63. lib 2. Zabarell. in Clement. exivi §. cumq; annui de verbor. signific. Menoch. cons. 1014. numer. 44.* & alii. Quoniam *Federic. de Sen.* & *Abb.* quorum dicto cæteri innituntur, firmant quòd Fratres Minores sunt capaces annui redditus non

non perpetui, sed ad tempus, ut puta ad vitam unius Fratris maximè annosi, ut inquit *Abb.* Et hæc opinio Federici temperanda est, ut procedat solum, quando legatum annuum continet præstationem modicę, seu minimæ quantitatis, & est ad modicum tempus, quòd reputatur decen-
311 nium, vel minus. Ita declarat *Abb.* dicto conf. 63. sub nu. 6. vers. sed ego hanc opinionem sequor *Hieronym. à Polit.* super regul. Sancti Francisci cap. 6. num. 68. ad fin. vers. ego verò credo *Cordub.* super dicta regul. cap. 6. q. 11. puncto 3. ad fin. ubi quòd licèt hujusmodi opinio in rigore litteræ possit videri contra Clementinam exivi, tamen in sensu æquitatis, non est contra eam Sorbus in compend. privileg. Mendicant. verbo legata in suis annot. vers. modicum autem tempus, & cum hoc temperamento opinionem *Federici* de sen. & *Abb* videtur etiam amplecti *Sanchez* dicto cap. 26. n. 36. ad fin. Immò quòd Minores sint incapaces cujuscunque
312 annui redditus etiam exigui tenet *Gemin.* conf. 40. quòd est inter conf. *Fulgos.* 104. *Dec.* in cap. in præsentia num. 273. de probat. *Tiraquell.* in tract. de Judic. in reb. exig. nu 158. vers. quinquagesimo quinto *Quesad.* divers. qq. Jur. cap. 22. num. 39. *Soccin.* de oblat. libel. 8. num. 35. & seqq. In quam senten-
313 tiam videtur etiam inclinare *Bart.* in tract. minoricar. lib. 2. distinct. 6. cap. 3. ubi monet Fratres, ut ab hujusmodi legatis penitùs abstineant.

Tertia est conclusio, quòd legatum annui redditus perpetui factum fratribus, seu potiùs Ecclesiæ, & Sacristiæ fratrum
314 Minorum, non ad ipsorum victum, sed ad certum divini cultus usum, ut est frumentum, vel vinum necessaria materiæ consecrationis, oleum pro lampadibus, ornamenta Altarium, calicesque omninò sustinetur, ut apertè docuit *Federic.* de sen. conf. 12 num. 4. & ibi Addent. *Butr.* in cap. in præsentia num 25. de probat. *Abb.* conf. 63. num. 4. lib. 2. Card *Zabarell.* in Clem. exivi num. 13. ubi *Ancbaran.* num. 18. & 25. de verb. signif. *Bald.* in authent. ingressi num. 59. C. de Sacros. Eccles. *Anar.* conf. 30. nu. 3. & seqq. *Menocb.* conf. 1014 num. 36 & 37. *Corduba*, in reg. Sancti Francisci cap. 6. q. 11. puncto 3. *Roderic.* qq. regular. tom. 2. q. 127. art. 5. *Sanchez*, qui alios congerit super decalog. lib. 7. cap. 26. num. 42. *F. Thomas à Jesu Maria* super reg. Sancti Francisci part. 5. c. 3. col. 3.

3.col.3. verſ. ſed an fieri poſſit *F. Hieronym. Polit. Capuccin.*
ſuper dicta reg. cap. 6. num. 70. Et eſt ratio, quia legatum
non concernit commoditates Fratrum, ſed divinum cul-
tum, nec adverſatur eorum paupertati, ſiquidem cum men-
dicitas Fratrum Minorum in eo verſetur, ut quotidiè ex
pietate Chriſti fidelium alimenta mendicent, quorum no-
mine veniunt, ſolum corpori neceſſaria, ut eorum potus,
habitatio, veſtes leg. legatis ff. de aliment. & cib. legat. leg.
verbo vict. ff. de verb. ſignific. utique hujuſmodi legato non
infringitur, nec tollitur hæc eorum mendicitas, ut potè,
quòd non in alimenta, ſeu victum, & veſtium ipſorum ce-
dere debeat, ſed in neceſſaria cultui divino, ut benè ratioci-
315 natur *Bart.* in tract. minorum lib. 1. num. 18. *Abb.* dicto conſ.
63. num. 2. & alii ſupra allegati, & præſertim *Sanchez* dicto
cap. 26. num. 42. & tale legatum nullibi reperitur prohibi-
tum, quod non dicitur Fratribus relictum, ſed ſacris ædi-
bus, & templis, atq; aliud eſt Eccleſia, aliud Monaſterium,
ut per Silveſtr. in verbo legatum il 2. num. 4 *Navar.* conſ. 9.
de teſtamen. *Roderic.* qq. regul. cap. 127. art. 5. Ex quo male
ſenſiſſe videtur *Azor.* Inſtit. moral. lib. 12. cap. 25. q. 15. ne-
gans ſuſtineri ſimile legatum qui reprobatur per *Sanchez*
ubi ſupra num. 42.

Ex quibus concluſionibus Domini inferebant, in caſu præ-
ſenti legatum factum à Petro Elia eſſe validum, & rectè
fuiſſe perſolutum ab Alberto exequutore; quoniam quoad
ſcuta centum pro celebratione Miſſarum prima concluſio
benè applicatur circa legata, quæ unica præſtatione adim-
316 plentur, quorum Fratres Minorés ſunt capaces & confe-
runt tradita in cap. animæ, &c. abeuntibus 13. q. 2. ubi ſa-
crificiorum oblatio pro defunctorum animis commendatur;
317 Quo verò ad alia ſcuta centum pro manutenenda lampa-
de in honorem P. Angeli de Paz intrat tertia concluſio,
318 quoad legata reſpicientia cultum divinum, & *Menoch.* conſ.
1014. num. 37. præcisè loquitur de ſimili legato pro lampa-
319 de, atque alii pro dicta concluſione allegati, quòd Fratri-
bus legatariis omninò debetur.

Non obſtat modo, quòd hæc duo legata, alterum nempè
pro tenenda lampade accenſa, alterum pro celebratione
Miſſarum irrita ſint, & nulla, quia in hæreditate non fue-
runt

runt reperta loca Montium destinata à testatore pro solutio-
320 ne legatorum, & consequenter legata videntur effecta fuis-
se caduca ad l. si sic §. si mihi ff. de legat. 1. cum concordan.
321 Quoniam quoad legatum pro lampadis conservatione, Domini non dubitarunt, quin fuerit omninò solvendum, licèt loca Montium nō fuerint reperta in hæreditate, siquidem testator 1. legavit absolutè, & per rationem perfectam, &
322 deinde separatim mandavit legatum solvi ex locis Montium, unde loca Montium non dicuntur adiecta taxatione, sed demonstratione, adeout licèt illa non fuerint inventa, legatum sit præstandum ex reliqua hæreditate juxta l. quidam testamento ff. de leg. 1. & benè distinguendo tradit *Castrens*. conf. 338. num. 3. lib. 1. *Alex*. cons. 216. num. 3. lib. 7. *Bero*. cons. 17. num. 23. lib. 1. *Simon. de Pret*. cons. 117. num. 14. *Gabr*. cons. 205. num. 9. lib. 2. *Manent*. cons. 6. num. 14. & seqq. lib. 1. *Rota* decis. 662. num. 1. part. 1. divers. cum aliis, legatum enim hujusmodi non consistit in locis Montium, sed in præstatione illa quantitatis in genere, nec de-
323 ficit substantia legati, licèt demonstratio, & designatio adjecta executioni ejusdem sit falsa *Bart*. in dicto leg. quidam testamento in principio ff. de leg. 1. *Bald* in l. si sic legatum §. si mihi ubi etiam *Jas*. num. 1. ff. eodem *Beret*. cons. 91. num.
324 4. & seqq. *Gabr*. dicto cons. 105. num. 1. & seqq. licèt secùs esset si eadem ratione, & unico verborum contextu contineretur legatum, & undè vel ex quibus pecuniis debeat illud solui, & sic appareret testatorem non habuisse pro distinctis rem legatam, & solutionem, ad quem effectum considerat *Castrensis* unitatem, vel duplicitatem orationis, ut scitè ponderat *Ladercb*. cons. 159. per tot. tunc enim quia solutio dicitur adjecta causa taxationis, & limitationis, si pecuniæ illæ non reperiantur corruit legatum, ut docent præalleg. DD. & benè per *Rot*. decis. 11. num. 8. & 9. de testamen. in antiq. Card. *Mant*. de coniect. ultim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 20. *Menoch*. consil. 1162. num. 15. & 16. plenè *Ladercb*. d. cons. 159. per tot. & *Modern. Mantuan* controvers. forens. cap. 336. num. 11. & 12.

Quo verò ad legatum pro Missarum Sacrificiis in propitiationem animæ suæ Deo offerendis, illud etiam esse debitum, quamvis locus Montis non vacabilis in hæreditate

non

non fuerit repertus, Domini censuerunt ex conjectura ta mente Testatoris, quam voluntatem etiam tacitam, & conjecturis elicitam prædominari verbis, & esse attenden-
325 dam est certi juris l. licet Imperator ff. de leg. 1. l. cum proponebatur ff. de leg. 2. *Mantic.* de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 2. & 10. *Honded.* cons. 69. num. 7. lib. 1.

Hæcque voluntas Testatoris, ut dictum legatum omninò præstetur à DD. desumebatur tum ex eo, quia idem Testator noluit hæreditatem suam deferri Ecclesiæ S. Mariæ,
326 nisi postquam fuerint soluta legata, quæ habuit pro seclusis, & separatis ab hæreditate, & sine controversia præstandis, stantibus illis verbis, solutis legatis, &c. residuum hæreditatis destribuatur ad l. prædiis l. O filius ff. de l. 3. *Cuman.* cons. 114. num. 1. *Parif.* cons. 74. num. 61. lib. 3. & Missarum Sacrificia præcisè jussit celebrari in Ecclesia, in qua sepeliri voluit, utpotè prædelicta juxta tradita per *Abb.*
327 cons. 99. sub num. 5. part. 2. Card. *Cavaler.* dec. 494. num. 3. & 4 signum patens enixæ voluntatis ipsius circa legati præstationem. Tum etiam quia cum idem Testator haberet pecunias super Bancho destinatas emptioni locorum Montium, quod facto declararunt executores erogando statim hujusmodi pecunias in dictam emptionem, stante hac destinatione emptio habenda fuit pro facta ad tradita per *Becc.* cons. 60. num. 32. *Surd.* cons. 195. num. 2. & 3 & cons. 239. num. 4. Quæ certiora etiam evadere videbantur attenta amplissima facultate Alberti executoris, bona fide, atque obligatione ejusdem, & favore causæ piæ, & animæ defuncti, in cujus favorem in dubio exequutor arbitrari
328 tenebatur, ut tradit Capra de executor. ultim. volunt. memb. 6. num. 146.

Quoad secundam partitam, de qua in dubio, nempè scut.
329 197. solut. pro impressione libri Frat. Angeli del Paz habendam esse illius rationem Domini etiam responderunt, quoniam aperta est Testatoris voluntas, quam pro lege servandam esse decernit lex omnium vetustissima, & quæ primo Romanis constituit Rempublicam, nempè duodecim Tabularum, ut inquit Justinianus in Novella de nupt. Et justè pro hujusmodi impressione soluta fuerunt dicta scuta R. P. Fratri Lucæ de Observantia, qui ex præcepto Testa-

Testatoris dictæ impressioni præesse debebat, neque id repugnat statui mendicitatis, cum in ipsius usum converti non debeant, sed ut typis mandentur opera dicti Fiat.
330 Angeli del Paz, nec simile legatum est illi interdictum, quemadmodum, nec prohibita sunt minoribus legata pro emendis libris, & pro studio, etiamsi legentur annui redditus, quoniam non pro eorum alimentis deserviunt, sed pro litteris addiscendis juxta Glos. in Clem. dudum verbo indirectè de sepultur. *Menoch.* cons. 1014. num. 38. *Sanch.* super decalog d. lib. 7. cap. 26. num. 45.

Incongrua autem visa fuit prætensio Syndici S. Mariæ de Monserrato, quòd nempè Albertus exequutor deberet exigere à P. F. Luca fidejussionem de restituendo dicta scuta
331 postquam libri fuerint impressi. Tum quia cum Testator nullam requisiverit satisdationem, nec illam exequutor tenebatur requirere, ut est textus in l. liberto §. largius ff. de l. annuis, & concordat l. firmo §. 1. ff. quando dies l. ced. Tum quia cum P. F. Lucas tamquam Minor de Observantia Ordinis S. Francisci, sit incapax cujuscumque juris, &
332 obligationis civilis, utique non poterat intervenire fidejuss. ad l. fidejussor §. fidejussor ff. de fidejussor. cap. penult. eodem tit. & sic prorsus inutilis fuisset hujusmodi petitio. Tum demum, quia cum Albertus haberet notam mentem defuncti, ut idem Testator expresse confessus est, omissa satisdationis exactio ab Alberto de voluntate Testatoris omissa censeri debet, & in omnem casum dicti libri remanent pro cautione dictarum pecuniarum; insignisque
333 integritas, & fides P. F. Lucæ locupletissimi fidejussoris loco fuit meritò apud Albertum.

Quoad tertiam partitam, nempè scuta 18. impensa pro excitando lapide in Valetudinario ex pecuniis hæreditariis constructo pro recipiendis infirmis in memoriam ipsius Petri Testatoris, æquum esse Domini existimarunt, ut de illa etiam ratio habeatur, quoniam operi publico inscribi nomen ejus, cujus pecuniis id opus factum est, licere scripsit *Marcellus* J. C. in l. opus novum ff. de oper. publ. & Paulus in l. 2. ff. eodem tit. inquit. Qui liberatione non necessitate debiti redditus suos ad opera publica perficienda con-
334 cessit, munificentiæ suæ fructum de inscriptione nominis

sui

sui operibus, si qua fecerit capere per invidiam non prohibetur, & Imperator pariter in leg. legatam ff. de administr. rer. ad Civit. pertin. rescripsit, munificentiam ejus, qui legavit, municipio esse inscriptione notandam *Alphan.* in l. 1. num. 120. ff. si cert. pet. *Pont.* de potest. proreg. tit. de diverf. processf. rubr. de insignibus, & arm. num. 5. *Caput.* de regim. Reipub. in rubr. num. 45. *Chassan.* in Catalog.
335 glor. mund. part. 1. considerat. 38. conclus. 13 Et hujusmodi inscriptiones, dummodò nil contineant, quòd à veritate alienum sit, approbavit etiam Rota in Abulen. Jurispatronatus 16. Junii 1628. coram Reverendiss. Dom. meo *Decano*, & eo magis in præsenti casu inscriptio est admittenda, quia ex voluntate Officialium Ecclesiæ S. Mariæ de Monserrato ædificium prædictum pro recipiendis Infirmis fuit perfectum, & D. Albert executor benè conscius voluntatis defuncti, sub hac conditione consensit prædicto ædificio, undè qualitas inscriptionis non videtur posse reiici, cum actus sit approbatione individuus, nec debet fieri voluntatis divisio ad l. cum in causa ff. de verbor. oblig. leg. in hoc Judicio ff. famil. ercifcund. DD. in l. stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig. *Cravet.* conf. 170. num. 6. Card. *Seraph.* decis. 540 num. 5.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit, &c.

ROMANA LEGATI.
Ven. 18. Febr. 1650.

CORAM CERRO.

ARGUMENTUM.

Fratres Divi Francisci sunt incapaces legatorum non relictorum pro Sacristia, & Infirmaria. Breve in forma commissaria præsumitur justificatum si cum sententia concurrat lapsus temporis cum observantia.

Breve sanctæ memoriæ Pauli V. suffragari in perpetuum Joannino quoad legata facta à Jacobo Brioso Sacrestiæ, & Infirmariæ Sanctæ Mariæ in Aracæli Domini censuerunt, quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint,

& eisdem verbis pleno jure translata in dictum Joanninum
336 cum reservatione beneplaciti Apostolici deindè subsequuti
prævia sententia Judicis ad id specialiter delegati meritò
Brevis beneficio potiri debet, *cap. si cui nulla de præben. in 6. cap. decet. de regul. jur. eod. lib.*

Neq; repugnat objecta incapacitas Patrum Sancti Francisci
337 Minorum de Observantia nuncupatorum ex eorum regula, de qua in *Clem. exivi, §. cum annui redditus de verb. signific.*

Quia indubitatum est, quòd non comprehendit legatum
338 factum Sacristiæ eorum Ecclesiæ, cum Divini cultus decorem, non autem illorum commodum respiciat, nec
quidquam ex eo ipsi appropriantur juxta communem DD. opinionem, quam probant, *Card. Zabarell. in d. Clem. exivi, num.* 11 *ibique Anchar. num.* 18. *Butr. in cap. in præsentia nu.* 25. *de probat. Navarr. cons.* 13. *per tot. de testam. Roderic. quæst regular. tom.* 2. *qu.* 127. *art.* 5 *per tot. Sanch. ad præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. *cum seqq.* & latissimè aliis relatis probavit, *Rota in Romana Computorum* 10. *Aprilis* 1630. *coram bo. me. Merlino in rec. decis.* 365. *num.* 27 *& seqq. part.* 5. Idque
etiamsi de Sacra Suppellectili, aliisque necessariis ad eum
339 usum specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacrestiæ relictum fuisse, cum indè satis appareat intentio Testatoris, ac ejus validitas justificetur, ex causa enim licita relictum existimatur, ut deducitur in *cap. exiit. §. in hoc casu in fin. de verb. signif. in* 6. *Card. Zabarell. in d. Clem. exivi d. num.* 11. *Rota coram Buratt. decis.* 245. *num.* 18. *& in dicta Romana Computorum, num.* 29.

Nec etiam comprehendit alterum legatum factum Infirma-
340 riæ eorum Conventus. Quia præter quòd DD. non videbatur adversari arctissimæ paupertati, & mendicitati, quam ex præfata regula dicti Patres profitentur juxta *text. in d. cap. exiit de verb. signific. in* 6. *& in d. Clem. exivi eod. tit.* cum in eorum usus quotidiani victus, & vestitus non fuerit principaliter ordinatum, sed pro substentatione Infirmorum, ne deficientibus remediis necessariis, quæ non semper nec integrè largitione fidelium parari possunt, misere pereant; Ideoque maxima pietatis, & honestatis ra-
341 tione substineri potest, tam vigore ejusdem regulæ injungentis

gentis

gentis curam sollicitam pro Infirmorum necessitatibus, quam Apostolicarum constitutionum approbantium easdem necessitatis causas, ut habetur *in d. cap. exiit*, *§. si verò modum licitum*, & bene advertit hanc sententiam probans Jo: de Anania *cons. 30. num 5. & per tot. & ibi etiam Add. quem sequitur Roderic. d. qu. 127. art. 4. in fin. & ex recent. P. Dian. resol. moral. part. 3. tract. 2 resol. 33. in princip. Laurent. de Portell. in dub. regular. in verb legatum, num. 7. & P. Lezan. in Summ quæst. regular. vol. 2. in verb. legata Regularibus relicta, num.* 6. In omnem casum removetur difficultas ex facultate concessa in d. Brevi approbandi illius alienationem, & cessionem ab eisdem Prioribus factam; Cum enim Pontifex optimè sciverit illorum incapacitatem, tanquam resul-
342 tantem ex *d. Clem.* cujus dispositionem ipse non ignorasse præsumitur quippe qui omnia jura in scrinio pectoris habere censetur, *c. 1. de constit. in 6. l. omnium, C. de testam.* Utique concedendo dictam facultatem in necessarium antece-
343 dens eos habilitasse videtur super hujusmodi incapacitate argumento *text. in l ad rem mobilem, ff. de procurat. & in l. illud ff. de acquir. hæred. Oldr. cons. 330. num. 7. & cons. 331. num. 1. 2. & 3. Roman. cons. 307. num. 1. & 2 Socc. jun. cons. 140. num. 44. & 45. lib. 2.* cum aliis allegatis per *Gabr. de præsumpt. conclus. 8. num. 1. cum seqq.*

Nec refert, quòd dicti Patres non narraverint dictum legatum esse perpetui redditus, & ideò Breve remaneat subreptitium. Quia cum Pontifex demandaverit exequutori dictam facultatem, ut Joanninus pro perpetuis futuris temporibus præfatum legatum acquireret, ejus perpetui-
344 tatem satis clarè cognovisse videtur, ex quo propterea penitus corruit allegata subreptio, cum ad istum effectum sufficiat in genere Papam cogitare potuisse, *l quòd jure ff. de milit. testam. Felin in cap. nonnulli, num. 18. de rescript. Rota decis. 452. num. 15 decis. 501. num. 28. part. 5. decis. 222. nu. 25. part. 7. decis. 57. num. 11. & decis. 598. part. 8. rec.*

Minusvè obstat, quòd dictum Breve concessum fuerit in forma Commissaria cum clausula, *Constito de necessitate*,
543 Quia præter quòd satis justificatum præsumitur ex dicta sententia executoris demandata executioni, & per spatium 30. annorum continuò observata, *Card. Seraph. decis*

1073. *num.* 2. & 3. *decis.* 1125. *num.* 1. 2. & 3. & *decis.* 1174 *num.* 3. *Gregor. decis.* 343. *num.* 1. *ibiq. Add. num.* 4. 5. & 6. *Rota in rec. decis.* 684. *num.* 1 *part.* 2. hujusmodi exceptio ab ipsis tan-
346 tum Patribus, quorum favore dicta clausula, *censetur apposita*, non autem ab alio allegari potest ipsisque volentibus etiam sine illius justificatione gratia stat in implicito statu validitatis, *Innoc. in cap.* 1. *in princ. ibique Butr num.* 5. *de iis, quæ fiunt à Prælat. Put. decis.* 302 *per tot. libr.* 1. *in correct. Rota decis.* 179. *num.* 5. & 6. & *decis.* 318. *num.* 39 *part.* 5. *rec.* Multoque minus suffragatur Ecclesiæ de Anima, quæ sive Legatariis cedentibus, sive Cessionario dictum legatum semper præstare tenebitur.

Prout nec subsistit, quòd creditum Joannini ex tot annuis paghis jam persolutis videatur extinctum. Objectum enim procederet si ageretur de simplici assignatione in pignus temporaliter duratura, donec scilicet ex annuis præstationibus Creditor satisfieret, secus autem in proposito, quo agitur de vera, & actuali cessione, ac datione in solutum cum clausulis in perpetuum ad habendum, & Constituti.
347 Hoc enim casu cum hujusmodi cessio, & datio in solutum de sui natura sit perpetua, & faciat venditionem, trans-
348 fert in recipientem totale dominium rei cessæ penes ipsum duraturum perpetuò, & irrevocabiliter, ut comprobatur in decisionibus hujus causæ emanatis *coram me super manutentione prima Julii* 1643. *§. minus obstat*, & 2. *Maii* 1644. *§. ad secundum verò*; Ac operatur, ut Cessionarius non te-
349 neatur excomputare fructus in sortem, sed illos faciat suos *l. si ei*, *§* 1. *ff. de evict. Socc. jun. cons.* 170. *num.* 5. *lib.* 1. *Card. Seraph. decis.* 1284. *num.* 1.

Suppositum denique, quod hæreditas Briosi sit adeò tenuis, ut non sufficiat pro præstatione hujus legati adhuc conclu-
350 denter justificatum nonfuit, ideòq; viget præsumptio, quod sit opulenta, & solvendo, ut respondetur in dicta secunda decisione, *§. Demum ad tertium*. Ac propterea Domini super hujusmodi tenuitate, & insufficientia meliores desiderant justificationes in ulteriori propositione dispungendas prævia legitima redditione rationis.

Et ita utraque &c.

Re-

Reverendissimo Domino

EMERIX DECANO

TURRITANA ELEEMOSYNARUM, SEU LEGATORUM.

Lunæ 10. *Januarii* 1695.

Septem perpetua pia Legata annua, singula sub expresso Eleemosynarum titulo instituit, & ordinavit in suo Testamento condito anno 1645. Petrus Moros de Molinos favore Ecclesiæ, sive Conventus, & Fratrum S. Petri de Syrchis Minorum de Observantia Sancti Francisci. Primum, Librarum 25. pro suis Exequiis quotannis cum certo Missarum numero peragendis. Secundum, Librarum 40. pro Oleo Lampadis, quæ die, noctuque ardere deberet in Cappella Majori Jurispatronatus suæ Familiæ. Tertium, Librarum 112. pro celebratione Missæ quotidianæ. Quartum, Census librarum 300. in sorte, cujus redditus erogandus esset in emptionem Syndonum pro Fratribus infirmis. Quintum, alterius Census in sorte librar. 500. cum onere celebrationis trium Missarum qualibet hebdomada. Sextum, Librarum 28. Et septimum, Librarum duodecim in adimplementum Legatorum Missarum à semetipso relictorum per utrumque Parentem. Solutis autem, & satisfactis hisce Legatis in reliquis omnibus suis Bonis instituit hæredes Filios, si quando ipsos suscepisset, & iis non susceptis, Deum Dominum Nostrum, & Animam suam, cum ordine, quòd de illis erigeretur in Carhedrali Ecclesia Turritana, Archidiaconatus Tertia Dignitas cum Dote annuarum librarum mille, ac de eo, quòd superesset, tot in eadem Ecclesia Canonicatus. Erectus fuit post ejus obitum Archidiaconatus, & ad ipsum, institutus Didacus ejus Frater, qui pro tempore, quo vixit, exactè satisfecit præfatis Legatis, sed eo defuncto, Carolus ejus successor continuare renuit in eorum satisfactione, ex capite incapacitatis fratrum, & introducta Causa in S. Con-

gregatione Episcoporum, & Regularium Decretum prodiit tenoris sequentis, *Dandas esse declarationes sæpe aliàs factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere Census, & Bona Stabilia, posse tamen recipere per viam Eleemosynæ quidquid eis traditur pro celebratione Missarum, & Anniversariorum, proinde censuit committendum, prout commisit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationum in Causa procedat*; quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve sa. mem. Clementis X. ac in ejus exequutionem Archiepiscopus mandavit Legata pro Oleo Lampadis, & Syndonibus Infirmorum liberè solui Syndico Apostolico Conventus, & alia pro Anniversariis, & Missis in manibus Tertii, ad effectum de iis disponendi, prout de Jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentiss. PP. exquirere, desuper Votum nostri Auditorii; Unde subscripto per me Dubio: *An, & quæ Legata debeantur? sive quæ secundum voluntatem Testatoris sint adimplenda?* Eoque hodie proposito, responsum fuit, *Legata deberi, & esse adimplenda* juxtà modum inferius exponendum.

351 Deberi siquidem visum fuit Legatum pro Oleo Lampadis, nam licet Fratres Minores ex Regula Sancti Francisci, quam profitentur, & constitutionibus sa: mem. Nicolai III., & Clementis V. in *cap. Exiit, &c. Exivi de Paradiso de verb. signif.* incapaces sint cujuscumque Juris, & proprietatis, tàm in communi, quàm in proprio, hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu, & vestitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum, ac certum usum Cultus Divini, ut in terminis similium Legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hostiis, pecuniæ pro luminaribus, tradunt *Ancaran. in d. Clem. Exivi de Paradiso, vers. cumque annui reddi- tus num.* 13. *Abb cons.* 63. *num* 4 *lib.* 2. *Pellizar in Manual. Regular. de paupert. Fratr. Minor. tract.* 4 *cap.* 3. *sect.* 2 *num.* 103. *Sancb. ad præcept. Decal. lib* 7. *cap.* 26. *num* 42. *Rodrig. quæst. Regular. tom.* 2. *q* 126. *art.* 5 *per tot. Amostaz de caus. piis lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 59. & in puncto Legati pro Oleo Lampadis *Menocb. cons.* 1014. *num.* 37. *Barbos. in Jus Canonic. tom.* 4. *lib* 5.

Clement.

Clement. tit. 11. *num.* 18. *Camarell. de Legat. l.* 2. *tit deportat n.* 40. *Adden. ad Buratt. decis.* 756 *num.* 21. *Rot dec.* 456. *num.* 27. *& seqq. coram Merlino*. Hocque Legatum uti non in Fratres ipsos collatum, sed in eorum Ecclesias, quæ sunt in proprietate Ecclesiæ Romanæ, earum nomine peti poterit per Syndicum Apostolicum *Pellizar. in Manual. Regular. tom* 1. *tract. de Vot. Regular. cap.* 2 *sect.* 2 *num.* 103. *&* 105 *&* 110. *in fin. Suar. tom.* 3. *de Religion. lib* 7. *cap* 17. *num.* 28 *Barbos. in Jus Canon. tom* 4. *lib.* 5. *tit.* 11. *num* 28. *& seq. Amostaz de caus. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 78.

352 Simili modo deberi visum fuit Legatum pro Syndonibus Infirmorum; quidquid enim sit in abstracto loquendo, an legatum Fratribus Minoribus factum pro Infirmaria substineatur aliis affirmantibus, ut in specie *Joan. de Anan. cons.* 30. *num.* 5. *& per tot. Duran de art. test. tit.* 1. *art.* 11. *num.* 2. *Rodrig. quæst. Canon & Regular. tom.* 2. *q* 126 *art* 4 *§. ult. Dian. resol. moral. par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 33. *in princ.* & videtur fuisse de mente *Rot. decis.* 319. *num.* 5. *&* 6. *coram Cerro, & Sac. Congregationis Concilii in una Romana Donationis relata per Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Legatum num.* 1. aliis autem negantibus, *ut plenè Fagnan. in cap. in presentia num.* 55. *usque ad* 69. *de probat. Castro Pal. tom.* 3. *tract.* 15. *disp.* 3. *punct.* 9 *nu.* 19. *Torr. de pact. futur. success. cap.* 36. *nu.* 81. *Castill. de aliment. cap.* 5. *num.* 29. difficultas cessat in concreto Legati, de quo agitur, quod tanquam relictum pro Syndonibus Infirmorum non pertinet ad alimoniam, seù necessariam substentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quandam ipsorum curam, quam quæ alias illi præstari posset per eorum Conventus, quod proindè ex natura rei, & motivo pietatis ergà pauperes infirmos videtur subsistere. Et hic fo. san fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii in dicta *Romana Donationis* in qua agebatur de annuo legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis. Pro eo autem non competit actio Syndico Apostolico, ut supra, nomine Ecclesiæ Romanæ, sed solum Officium Judicis, quod succedit in locum deficientis actionis, ut per *Rodriguez dicta q.* 126. *art.* 4. *§. fin. Castro Pal. tom.* 3. *tract.* 15. *disput.* 3. *punct.* 9 *num.* 22. *vers. deinde*.

353 Quò verò ad alia pro Anniversariis, ac Missis visa fuerunt

non deberi, quia repugnat Instituto Fratrum Minorum in arctissima paupertate, ac mendicitate fundato possidere redditus annuos, qui inter stabilia computantur, in *dicta Clementina exivi §. cumque annui redditus de verb. signif.* tametsi maximè relicta fuerint cum onere celebrationis Missarum, quia possunt quidem ipsi Missarum stipendia recipere per modum Eleemosynæ manualis, non autem per modum assignationis perpetuæ: nam toti debent ab incerto pendere, totique niti providentiæ Divinæ, ut in his terminis firmant *Barbos. in dicta Clementina Exivi n.* 20. *& de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num* 77 *Fagnan. in cap. nimis parva num.* 31. *usque ad* 46. *de excess. Prælat. Sanchez ad præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 49 *Lezan. in Summ verb. legata relicta Regularibus num.* 21. *&* 33. *in Mare Magnum Minorum num.* 121. *Amostaz de caus. piis lib.* 4. *cap* 3. *num.* 70. *Cardinal. de Luca de Regular. discurs.* 35 *num.* 17. *Add. ad Buratt. decis.* 756. *num.* 15. *Rot. decis.* 456. *num.* 15. *coram Merlino*, ac pluries declararunt Sac. Congregationes Concilii, Rev. Fabricæ Sancti Petri, & particularis super ipsorummet Minorum negotiis deputata à fa. me. Urbano VIII. ut referunt *Fagnan. in d. cap. nimis prava num.* 3. *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. bona temporalia, Pignatell. consult. canon* 26. *num.* 7. *&* 8. *tom.* 3 *Torr. de pact. fut. success. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 75.

354 Sed cum nihilominus legata hujusmodi adimplenda sint ex parte hæredum juxtà *Tex in l. hæredes in fin. ff. de petit. hæred.* ibi – *quamvis enim stricto Jure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen principali, seu Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis, Bartol. in l. Civitatibus num* 5 *ff. de leg.* 1. *& in tract. Minoric. lib.* 2. *dist* 7 *num* 41 *Lara in l. si quis à liberis §. Verum n.* 14. *ff. de lib. agnosc. Sorb. in compend. privil. Mendic. verb. legata in annotat. ad fin. & num.* 58. *Cordub in reg. cap.* 6 *quæst.* 7. *& quæst.* 11. *punct.* 2. *&* 4 *Redoan de spol. Eccles. q.* 8 *num.* 27 & possit, ac debeat Judex ad id auctoritatem suam interponere, vel ex officio, vel ad instantiam etiam cujuslibet de Populo pluribus adductis *Leoncill. de privileg. pauper part.* 2. *privileg.* 52. *num* 5. *Amostaz de caus. piis lib* 4 *cap.* 3. *num* 56. Non refragantibus authoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in Legatis factis sine onere, non autem in Legatis

Legatis, ut hic, annexum habentibus onus celeb ationis Missarum, cum non sint animæ Testatorum debitis suffragiis fraudandæ ut declarat *Amostaz ubi proximè num* 74.

355 Poterunt fratres illa recipere ab Hæredibus, seù Exequutoribus vel à Judice sponte dantibus per modum puræ, ac simplicis Eleemosynæ, ac cum ipsis satisfacere Missis, aliisque oneribus injunctis à Testatore, ita tamen, ut prius solemnem protestationem emittere teneantur subsignatam sigillo Conventus, & in ejus libris insinuandam, transmittendamque Hæredibus, seù Exequutoribus, quod ipsi nullum sibi jus vendicant, aut afferunt ex iisdem legatis, ne non modo non sint, sed ne videri quidem possint regulæ transgressores, juxtà monitum D. Bonaventuræ relatum per *Fagnan. in cap. Nimis prava num.* 58. *in fin. de exceff. Prælat.* & ità expresse sentiunt *Cordub. in expos. Regul. S. Francisci cap.* 6. *q.* 11. *punct.* 4. *notab.* 2 *Rodrig. tom.* 2. *qq regul. q.* 126. *art.* 4 *per tot. tom.* 2. & *in sum. tom.* 1. *cap.* 199. *verb. Eleemosyna num* 8 *Miron. in exposit. dict. regul. cap.* 65. *diffic.* 12. *Villalob. in summ.* 2 *par.* 1 *tract* 35. *de vot. paupert. diffic.* 35 *Ant. Cucch. instit. canon. tit.* 1 *num.* 56. & *seqq. Silvest in summ. verb. Legatum* 1. *q* 3. *nu.* 5. *Pellizar. in manual. regular. tom.* 2 *tract.* 4. *de vot. regular. cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 42 & 95 *Roxas de incompatib. p.* 7. *cap.* 5. *num.* 54. *Amostaz de caus. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 56. *Barbos in sum Apostol. decis. collect* 446. *num.* 4 *l.* & constans, & inconcussa fuit opinio S. Congregationum, videlicet Sac. Congregationis Concilii super fundatione Conventus Victoriæ apud *Fr. Joan. de Neapol. in tract. de Pontif. constitut. ad Seraphic. Relig spectan fol.* 378. Congregationis particularis Consultationibus FF. Minorum de Observantia Cismontanæ Familiæ præpositæ à fa. mem. Urbano Octavo, nec non Rever. Fabricæ S. Petri apud *Fagnan. in sæpe dicto cap. Nimis prava num* 49 & 61 *de exceff. Prælat.* & Congregationis Episcoporum, & Regularium, ut in resolutione edita in una *Lucana anno* 1677. *Summ. Syndici Apostolici num.* 7. *lit. A.*

356 Neque hoc modo offuscatur puritas regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur, non tamquam debita, sed tamquam puras, & simplices Eleemosynas, neque rursus de illis sunt omninò certi, quia semper residet in prudenti,

denti, & rationabili judicio Executorum, vel Judicis super hoc aditi perspectis circumstantiis Eleemosynarum, atque locorum pias Testatorum voluntates exequen. vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere. Immò quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si comperiant legata, seu Eleemosynas sic adauctas, ut eximant Fratres à necessitate sibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis per *Castill. de aliment. cap. 5. num. 26. vers. Propterea observo Amostaz de caus. piis lib. 4. cap. 3 num 66.*

35 Nec officit, quod in præsenti pro consequutione præfatorum legatorum agat Syndicus Apostolicus, quia id urgeret, quoties Syndicus Apostolicus ageret tanquam Syndicus Fratrum non autem quoties, ut ex ejus instantia, & sententia Archiepiscopi patet, agit tanquam unus de populo, prout ex præmissis ipsi de Jure permittitur; nec pariter relevat, quod aliqua ex iisdem legatis præseferant relictum sortium, quia ex eorum lectura liquet in legato principaliter fuisse annuum redditum, & sortes stare loco cautionis pro securiori, seu commodiori eorum satisfactione, & in omnem casum ex duobus expressis modis, expressio unius illiciti non vitiat alium licitum, & à Jure non improbatum, ut concludit *Abbas cons. 63. num. 7. vers. Non obstat argumentum lib. 2.* Denique non obstat, quòd instantia dirigatur adversus Archidiaconatum, vix hodie ob decrementum redditum hæreditariorum potientem dote annuarum librarum 500. itaut æquitas non suadeat, quod ille, qui jam erectus existit extenuetur, ac subvertatur ad effectum substentandi legata; quia (præter quod nullum documentum allatum fuit decrementi præfati) contrarium procedit, stante expressa voluntate, & judicio Testatoris sub initio recensito, quod primitus persolvantur, ac satisfiant ipsa Legata.

Et ità decisum fuit utraque &c.

EODEM

EODEM REVERENDISS. EMERIX DECANO.

Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum.

Veneris 6. Aprilis 1696.

358 DOmini, re iterum Sedulò, ac maturè discussa, steterunt in decisis sub die 10. Januarii 1695. juxta modum inferius exprimendum; Retenta siquidem divisione Legatorum, de quibus agitur, in tres species, quò ad illud pro Oleo Lampadis retinendæ in Ecclesia, ante Capellam de Jurepatronatus Testatoris, rursus censuerunt deberi, & esse adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum Victum, & Vestitum ipsorum fratrum, sed tantum usum Cultus divini, & majus Ecclesiæ ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita decisione in terminis similis legati tradunt *Ventrigl. in prax. par. 2. adnotat.* 28. *§.* 2. *num.* 17. *Portell. in dub. Regular. verb. Legatum sub num.* 3. *Cucch instit. canon. lib.* 3. *tit.* 1. *num,* 36. *cum seqq. Marant. controv. lib.* 1. *respons.* 41. *num.* 30. *Barbos. de Jur. Ecclesiæ univers. lib.* 3 *cap.* 27. *num.* 76. *à S. Ubald. in quodlibet. Regular. quodlibet* 11. *num.* 1117.

359 Quò verò ad aliud pro emendis Syndonibus ad usum Infirmorum, visum fuit, absolutè loquendo, non deberi, ut potè collatum in ipsosmet Fratres, & Conventum per modum annui, ac perpetui Census, cujus illi sunt prorsus incapaces ex Regula S. Francisci quam profitentur quamvis fuerit relictum ad usum Infirmariæ, cum pro ejus necessitatibus, & urgentiis, ipsi, ut perpensis verbis ejusdem Regulæ inquit *Text. in cap exiit, vers. in alio quoque Capitulo, & Clement in. exivi §. porro cum d. Sanctus de verb. signif.* debeant recurrere ad amicos spirituales, & sibi providere ex incerta questuatione, ac vivere in spe divinæ providentiæ, & de veriori sententia etiam tenent *Castro Pal. tom.* 3. *tract.* 15. *disput.* 3. *punct.* 9. *num.* 19. *Castill. de aliment. cap.* 5. *num* 29. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 81. *Sanchez ad præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 47. Et reprobato Anania aliisque ejus sequacibus, latè probat

Fa-

Fagnan. in cap. in præsentia à num. 55. *ad plures seqq. de probat.* Et licèt *Rot. coram Cerr. decis.* 319. *num.* 8. Videatur inclinasse in opinionem contrariam, ex ejus tamen lectura apparet, non fuisse tunc examinatum articulum ex professo, sed potius tactum incidenter, & resolutionem fuisse stabilitam in alio fundamento penitus diverso.

360 Nihilominus tam inspecta illius speciali natura, non respiciente victum, seu necessariam substentationem Infirmorum, sed potius majorem quamdam ipsorum curam, & solatium, quam etiam ponderata obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis, maximè circa executionem operis adeò pii, & tam enixè per ipsum voliti, non videbatur adeò irritum, & improbatum in præcitatis Pontificiis Constitutionibus, quia, rejecto modo illicito, non possent ipsi Fratres annuam præstationem recipere per modum simplicis Eleemosynæ ab hærede, seu executore sponte dantibus facta prius solemni protestatione, sibi nullum jus competere ad illius consecutionem juxtà formulam registratam per *Fagnanum in cap. nimis prava n.* 57. *de excessib. prælat* & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti decisione, ut in specie de simili legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis respondit Sac. Congregat. Concilii in Romana Donationis, de qua *Lantusch. in Theatr. regular. verb. Legatum num.* 1. *& in alia pænes Nicol. in flos cul. verb. Legatum num.* 1. Ita tamen, ut Archiepiscopus tanquam Ordinarius executor quarumcumque piarum dispositionum juxtà *text. in cap, Nos quidem de testam.* possit rationabiliter arbitrari respectu subministrationis prædictarum Syndonum juxtà majores, vel minores Infirmorum indigentias, & necessitates; Et quidem in ipsamet specie, seclusa ex parte Fratrum quavis instantia, etiam per implorationem simplicis officii Judicis, atq; hoc modo obviare, ne in alios usus convertantur. Et hoc faciliùs videbatur dicendum dum idem Archiepiscopus, qui fuit per Testatorem electus in executorem hujus piæ dispositionis non solum non contradicit illius implemento, quinimo, procedens tanquam Judex auctoritate Apostolica delegatus pronuntiavit per sententiam illam esse

execu-

executioni demandandam, ac proindè sublata remanet cuicumque alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis, Fratrum, qui alias possunt per viam Eleemosynæ recipere sponte datum ex superiùs firmatis.

361 Demum quò ad reliqua legata pro Anniversariis, & Missis, similitèr censuerunt, non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum possidendi, aut habendi quemcumq; annuum redditum, tanquam redolentem speciem immobilium, & repugnantem arctissimæ paupertati eorum Regulæ juxtà *text. in d, Clemen exivi § cumque annui redditus de verb. signif.* etiamsi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Missarum, cum eis non liceat habere Missarum stipendia per modum annuæ, & certæ assignationis utpotè destructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani questus, sed tantum per modum manualis Eleemosynæ pendentis ab incerta fidelium largitione, & pietate, ut communiter tradunt *Lezan. oper. mor. tom 2, verb. Legata num* 21. *Sanchez ad præcep. Decal. d. cap.* 26. *num* 44. *Pignatell. consultat. lib.* 3. *consultat.* 16. *num.* 6. *Marant. controv. lib.* 1. *d. respons.* 41. *num.* 70. Ubi dicit hodie inanem esse hanc quæstionem; *adden ad Burat. decis.* 756. *num.* 15. *Rot. coram Merlin. decis.* 456. *num.* 15. *& seq* cum aliis antiquioribus, & resolutionibus Sac. Congregationum, relatis in præcedenti decisione.

362 Præsertim, quia pleraq; ex illis fuerunt facta ipsis Fratribus, & Conventui mediante assignatione, & Constitutione certorum Capitalium, seu Censuum de directo adversantium eorum Regulæ, juxtà quam non possunt quidquam habere in proprietate, ut præter supra allegatos latè tradit *Pasqualig. de Sacrif. Missæ quæst.* 1092. *num.* 2. *& seqq.* Unde tametsi iidem sint capaces recipiendi, & possint actualiter recipere hujusmodi legata ab hærede, seu executore sponte dantibus per modum Eleemosynæ, & stipendii manualis Missarum facta priùs memorata protestatione; Nihilominùs quia id intelligitur, dummodò hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate, & libertate illis committant Missarum celebrationem, ita ut nullus præcedat impulsus Judicis, per quem indirectè violetur puritas Regulæ, in quo sensu loquuntur, & intelligi debent Doctores, & resolutiones Sacr. Congregationum allegati

in

in præterita decisione §. *poterunt*, ut declararunt duo Capitula Generalia convocata Burgis anno 1523. & Assisii anno 1526 in his terminis relata per *Sanchez ad præcep. Decal. d. cap.* 26. *num.* 49. *circa fin.* Et consonant verba D. Bonaventuræ impressa apud *Fagnan. ubi supra num.* 58. ibi, *& si post obitum illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis Eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter recipere ex eadem gratia, ita quod quandocumque nollent amplius ista dare, nil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more Mendicorum recurreremus ad domum Clementis Domini pro quotidiana Eleemosyna, quamdiù illi placeret, sed quando plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato.* Non possunt Fratres neque per se, neque per Syndicum Apostolicum, etiam agentem tanquam unum de populo, imò neque extrajudicialiter molestare hæredem, aut executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ne per æquipollens sibi liceat habere, quod ex Regula, & Pontificiis Constitutionibus prohibentur *ad trad per Marant. d. respons.* 41, *nūm.* 73. *Pignatell. d. consultat.* 16 *num* 6 *vers. & sanè*, & ità, negotio maturè examinato, resolvit Congreg. specialiter præposita à fa. mem. Urbano Octavo negotiis eorumdem fratrum, ut apud *Fagnan. d. cap. nimis prava num.* 53. ac similiter decrevit Congregat. Rev. Fabricæ relata pœnes *Marant. d. respons.* 41. *versus finem vers. prohibuit*, ubi in casu contraventionis comminatur pœna excommunicationis. Non resistentibus auctoritatibus in contrarium allegatis, quia illæ procedunt in legatis relictis modo Licito, seu non repugnanti eorum Institutio, non autem in relictis modo illicito, qualia sunt legata annui redditus, licèt habentia annexum onus Missarum ut per *text. in d. cap. exiit vers. ad hæc quia*, latè distinguit *Fagnan. d cap. nimis prava num.* 46. *& seqq.*

363 Quoniam verò legata hujusmodi stante incapacitate Fratrum non ita corruunt, & caducantur, ut hæres, aut executor omninò liberentur ab onere ipsis injuncto, vel bonis annexo in suffragium animæ Testatoris, sed ipsi, quantum in se est, adhuc tenentur illius voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne ejus anima

debitis

debitis ſuffragiis Miſſarum, & Anniverſariorum defraudetur, per argumentum *textus in l. 1. §. proſecundo verò Cod. de Caduc. tollen. & in l. fin. ff. de petit. bæred. Marant. d. reſpon. 41. num. 83. Sanchez d. cap. 26. num. 50. Caſtropal. d. punct. 9. num. 17. Amoſtaz de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. num. 74 plenè Didacus de Cæa in allegatione pro fundatione Conventus Victoriæ impreſſ. inter Pontific. Conſtitut. recollect. per P. Joannem à Neapoli fere per tot.* Imò pinguius adimpleant, ſi per ipſos fratres, & in altaribus à Teſtatore deſignatis id exequi curent, ut monet *Sanchez d. cap. 26. num. 50.* Poteſt, & debet Archiepiſcopus, vel ex officio, uti ordinarius executor omnium piarum diſpoſitionum juxtà relatum *text. in d. cap. nos quidem de teſtam.* vel uti executor ſpecialiter per teſtatorem deputatus, curare, & ſollicitus eſſe, ut celebrentur Miſſæ, vel per ipſoſmet Fratres, vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit *Marant. d. reſponſ. 41. num 78.*

364 Et hoc modo nedum non læditur, verùm potiùs religiosè ſervatur puritas eorum inſtituti, tolliturque quævis certitudo Eleemoſynæ ex parte Fratrum, cum ſemper ſtet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejuſdem Archiepiſcopi, penſatis omnibus circumſtantiis, Eleemoſynarumque augmentis, ac reſpectivè decrementis, vel ipſis Fratribus, vel aliis committere Miſſarum celebrationem, ut benè advertitur in præcedenti deciſione. Imò ſi eidem conſtiterit, quod annui redditus aſſignati Archidiacono in erectione dignitatis fuerint adeò diminuti, ut ex iis decenter, & congrue ſuſtentari nequeat, ei pro tempore applicare partem proventuum ad hunc effectum relictorum injuncta illi proportionabili Miſſarum celebratione.

365 Nec turbat, quod legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, ſeu repugnanti eorum Inſtituto, quippe, quæ recipiunt ſubſtantiam à modo, ſint nulla, & conſequenter caduca, ac ſi non fuiſſent ſcripta. Quoniam (quid quid ſit de articulo in genere, reſpectu legatorum ad pias cauſas, in quo plures Patres ſentiunt poſſe per Epiſcopum commutari) intelligitur de legatis relictis ſine onere perpetuo, veluti agro, ſeu cenſu ad fruendum, poſſidendum aut locandum, tunc enim cum illa appareant facta ſola con-

contemplatione ipsorum Fratrum, & sub unico fine, ut illis acquirantur, tanquam defectiva in substantia, corruunt, & caducantur ad commodum hæredis, & in hoc sensu distinguendo modum licitum ab illicito loquuntur *Lezan. loc. cit. sub num. 6. Sanchez d. cap. 26. num. 18. Fagnan. d. cap. nimis prava num. 31. & seqq. Barbos. de jur. Eccles. d. cap. 27. num 76.* Secus verò procedit in relictis cum onere celebrationis Missarum; quia, cum Testator non minùs censeatur voluisse satisfactionem onerum, quam quod legata acquirerentur Fratribus legatariis, stante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, ita ut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel executoris, ut explicant *Amostaz de caus. piis d, cap, 3. num. 74. Barbos. d, cap. 27. num 81. Sanchez d. cap. 26. num. 50.*

366 Idque est adeò verum, ut in similibus legatis cum onere Missarum non obstante incapacitate Fratrum, intrent facultates Rev. Fabricæ S. Petri, quod utique non eveniret, si ea essent omninò nulla, & caduca, ut tradunt *Marant. sæpe d. respons. 41. num. 116. Rot. coram Cavaler. decis. 212. sub num. 6. vers. supererat*, & ità resolvit Congregatio particularis deputata à fa. mem. Urbano Octavo apud *Fagnan. in d. cap. nimis prava sub num 53.* & Congreg. ipsius Fabricæ *apud Marant. ubi proximè num. 88 Ibi declaramus legata hujusmodi, quæ à principio personis incapacibus facta sunt, sive ex post facto incapaces sunt redditæ, non ad hæredes gravatos, seu alios obligatos spectare, seu ut caduca ab eis vendicari posse, sed ad Fabricam ipsam &c.*

Et in hunc modum, suffragantibus hodiè omnibus Dominis post secundam causæ propositionem conclusum fuit utraque &c.

Votum in Causa Turritana Eleemosynarum.

367 Rota per rationes deductas in postrema ex supra scriptis Decisionibus, est in voto, legata, de quibus agitur, deberi, & esse adimplenda juxtà modum in eo expressum. Primò nempe deberi, & esse adimplendum Legatum relictum Capellæ Majori pro oleo lampadis. Secundò absolutè

lutè loquendo, non deberi legatum pro sindonibus relictum ad usum Infirmariæ, sed esse adimplendum ex parte hæredum, seu executorum in ipsamet specie, & juxtà majores, vel minores indigentias ejusdem Infirmariæ arbitrio Ordinarii, seclusa ex parte fratrum quavis instantia, & facta prius per ipsos solemni protestatione se nullum jus habere ad illius consequutionem. Tertiò demum, reliqua legata pro Anniversariis, & Missis similiter non deberi; sed nihilominus teneri hæredem, seu executorem ad eorum implementum, committendo celebrationem Missarum, vel ipsismet fratribus, vel aliis juxtà rationabile arbitrium ejusdem Ordinarii: qui ulterius possit, si rei necessitas exigat, applicare Archidiacono partem proventuum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi proportionabili Missarum celebratione; Prout latiùs declaratur in eadem postrema decisione.

Alexander Ursinus S. R. Decanus.

Infrascripta sunt decreta Congregationis ab Urbano VIII. particularitèr præpositæ anno 1628. Consultationibus familiæ Cismontanæ Fratrum Minorum S. Francisci.

Distinctio I. De legatis bonorum mobilium.

368 Articulus I. An fratres Minores tam de familia, quàm Reformati sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, quàm in aliis speciebus.

Articulus II. An possint eadem legata in judicio, aut extra exigere per seipsos, vel Syndicum Apostolicum.

Articulus III. An fabricæ Sancti Petri liceat in hujusmodi legatis se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Articulus IV. Et quid elapso anno.

Distinctio II. De legatis factis fabricæ.

369 Articulus I. An valeat legatum annui redditus factum fabricæ, sacristiæ, vel Ecclesiæ Fratrum Minorum tam de familia, quàm ex Reformatione.

Articulus II. An liceat fratribus hujusmodi legata in judicio exigere per eorum Procuratores, vel Syndicos Apostolicos.

Articulus III. An liceat eisdem erogare prædicta legata in usus fratrum; an verò illa omninò converti debeant in usus à testatoribus præscriptos.

Articulus IV. An fabricæ S. Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum pro fabrica, vel sacristia, transigendo cum hæredibus, aut aliàs de eadem proprietate disponendo.

Articulus V. Et quid transacto anno.

Articulus VI. An liceat eidem fabricæ S. Petri se immiscere præstationibus, seu fructibus eorumdem legatorum ab anno decursis, & non solutis.

Articulus VII. Et quid infra annum, ex quo cessit dies præstationis.

Distinctio III. De legatis annuis cum onere.

370 Articulus I. An fratres Minores tàm de familia, quàm Reformati sint capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adjecto onere celebrationis Missarum.

Articulus II. An iidem possint pro his legatis in judicio experiri agendo, aut judicis officium implorando.

Articulus III. An possint Fratres illa accipere à spontè offerentibus, celebrando Missas ad rationem rei acceptæ.

Articulus IV. An possint illa spontè oblata accipere per se ipsos, an verò per Syndicum Apostolicum.

Articulus V. An Fratres possint hujusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usum fabricæ, vel Sacristiæ.

Articulus VI. An liceat fabricæ S. Petri proprietatem eorumdem legatorum cum onere Missarum sibi vindicare tàm elapso anno, quàm antea.

Arti-

Articulus VII. An eidem fabricæ liceat ſibi vindicare annuas præſtationes decurſas, & non ſolutas, tàm ante annum, quàm poſt.

371 *Diſtinctio IV. De legatis annuis ſine onere.*

Articulus I. An fratres Minores tàm Obſervantes, quàm Reformati ſint capaces legatorum annuorum ſine aliquo onere, aut modo adjecto, ſaltem ad effectum illa extinguendi, & pretium erogandi in uſus fabricæ, vel ſacriſtiæ.

Articulus II. An ad hunc effectum poſſint eandem proprietatem in judicio petere per Syndicum Apoſtolicum.

Articulus III. An poſſint illam convertere in uſus Fratrum.

Articulus IV. Et quid ſi cœperint illorum annuas præſtationes accipere.

Articulus V. An poſſint Fratres exigere judicialiter annuas præſtationes eorumdem legatorum in vim Martinianæ.

Articulus VI. Et quid poſt ultimum Decretum S. Congregationis hac de re editum.

Articulus VII. An Fratres teneantur proteſtari ſe eſſe incapaces eorumdem legatorum.

Articulus VIII. An poſſint illas à ſpontè dantibus accipere per ſeipſos, vel per Syndicos Apoſtolicos.

Articulus IX. An hæredes teneantur illorum præſtationes Fratribus ſolvere in foro conſcientiæ.

Articulus X. An fabrica S. Petri jus habeat ſibi vindicandi horum legatorum proprietatem tàm elapſo anno, quàm antea.

Articulus XI. Et quid de annuis præſtationibus decurſis, & non ſolutis.

Articulus Ult. An hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus.

372 Die 9. Septembris 1628 Sacra Congregatio negotiis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia à S. D. N. præfecta, ad ſingulos articulos ſuperiùs propoſitos ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad I. Articulum, Fratres Minores tàm de familia, quàm Reformatos esse capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur, tàm in pecunia numerata, quàm in aliis speciebus, dummodò tamen hujusmodi legata sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis.

Ad II. Fratres quidem nec per seipsos, nec per interpositam personam posse eadem legata in judicio exigere, sed Sindicum Sedis Apostolicæ tantùm judicis officium implorare, dummodò similiter illa in moderata sint quantitate, & sine ulla fraude paupertatis, & re ipsa erogentur in Fratrum necessitates. Extra judicium verò ita demum legata hujusmodi accipi posse à Fratribus per se ipsos, si in aliis speciebus consistant, & accipiantur in ea tantùm quantitate, quam vera, & imminens eorum necessitas postulet; sed superfluam, aut pecunias à Syndico tantùm posse accipi, dum tamen id omne in Fratrum necessitates convertatur.

Ad III. Non licere fabricæ S. Petri in hujusmodi legatis bonorum mobilium se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Ad IV. Elapso anno licere, ad præscriptum suarum facultatum.

Distinctione II.

373 Ad I. Articulum, Valere legatum annui redditus factum Sacristiæ, vel fabricæ Ecclesiæ, vel Conventus Fratrum Minorum tàm de familia, quàm de Reformatione, nisi adsit excessus in quantitate.

Ad II. Nec per seipsos, nec per alios licere fratribus in judicio exigere hujusmodi legata, sed Syndico Apostolico dumtaxat.

Ad III. Non licere eadem annui redditus legata erogare in usus Fratrum, sed illa omninò converti debere in usus à testatoribus præscriptos.

Ad IV. Fabricæ S. Petri non licere infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum, cum hæredibus tran-

transigendo, aut aliàs disponendo de eadem proprietate.

Ad V. Itidem non licere.

Ad VI. & VII. Posse fabricam S. Petri se immiscere in præstationibus, seu fructibus eorumdem legatorum ab anno decursis, & non solutis; non autem infra annum, ex quo dies præstationis cessit.

Distinctione III.

374 Ad I. Articulum, Fratres Minores tam de familia, quàm ex Reformatione nullatenus esse capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adjuncto onere celebrationis Missarum.

Ad II. Non posse pro his legatis in judicio experiri, aut judicis officium implorare.

Ad III. Posse fratres illa accipere per modum eleemosynæ à spontè offerentibus celebrando Missas ad rationem rei acceptæ, citra tamen ullam obligationem ad onus perpetuum, & dummodò priùs protestentur se illorum capaces non esse.

Ad IV. Syndicum Apostolicum, & pro fratrum necessitatibus, non autem fratres ipsos etiam per alios posse hujusmodi legata utcumque spontè oblata accipere, si in pecunia consistant.

Ad V. Non posse fratres hujusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usus fabricæ, vel Sacristiæ.

Ad VI. Licere fabricæ S. Petri ad suarum facultatum præscriptum sibi vindicare eorumdem legatorum proprietatem cum onere Missarum celebrandarum, tam elapso anno, quàm antea.

Ad VII. Similiter licere.

Distinctione IV.

375 Ad primum Articulum, Fratres Minores tam Observantes, quàm Reformatos non esse capaces legatorum annuorum, quæ fiunt sine aliquo onere, aut modo adjecto, nisi ad effectum illa extinguendi, seu illorum proprieta-

 tem,

tem, & pretium convertendi in usus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad II. Non fratres ipsos, sed Syndicum Apostolicum tantùm posse eamdem proprietatem in judicio petere.

Ad III Posse convertere.

Ad IV. Si fratres cœperint illorum annuas præstationes accipere, ne hinc fiat fraus paupertati, expedire, ut de cætero decernatur eo casu non licere ampliùs fratribus eamdem proprietatem vendere, ac pretium in usus fabricæ, vel sacristiæ erogare. Ideòque agendum cum S D.N.

Ad V. & VI. Fratres nullo modo posse in judicio exigere annuas eorumdem legatorum præstationes.

Ad VII. Teneri.

Ad VIII. Posse illa per modum eleemosynæ, & à spontè dantibus accipere etiam per seipsos, si in aliis speciebus consistant: quòd si in pecunia, nonnisi per Syndicum Apostolicum.

Ad IX. Non teneri.

Ad X. Fabricam S. Petri nullum jus habere vindicandi horum legatorum proprietatem, nisi elapso anno juxta suas facultates.

Ad XI. Similiter non habere jus vindicandi hujusmodi annuas præstationes, nisi ab anno decursas.

Ad Ult. Hæc omnia locum non habere in legatis infra decennium, sed in his tantùm, quæ fiunt ad decem annos, & ultra.

376 Cum his declarationibus consentiunt alia decreta ab eadem Congregatione edita 14. Jun i 1628. & die seq. publicata in Congregatione generali Fratrum Minorum de Observantia in præsentia D. Cardinalis Gypsii, quorum tenor talis est, videlicet.

Sacra Congregatio à S.D.N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ consultationibus præposita volens quantum potest in Domino ipsorum postulato satisfacere circa Novitios ad habitum, & professionem admittendos; Sanctitate sua approbante, censuit tunc demum esse illis permittendum, ut Novitios, ut supra recipiant, cùm constiterit ex ipsorum Conventibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regulæ S. Francisci Observantiæ adversantur. Quod ubi præstiterint, designanda

da erant loca pro iisdem Novitiis recipiendis, & præscribendus recipiendorum numerus & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia: & prout unaquæque Provincia id exequetur, eidem receptionem huiusmodi fore permittendam.

Abusus verò quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infrascripti,

Ac primùm abdicent à se, & eorum Conventibus non solum pristina, ac bona omnia immobilia, quæ alicubi contra Regulæ puritatem, & declarationes fel. recor. Nicolai III. & Clem. V. extra, vel intra septa monasteriorum detinent: sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio præcipit observari decretum
377 Congregationis generalis Romæ habitæ die 17 Maii 1603. Cujus tenor talis est.

Cum annuos redditus, sicut cætera bona immobilia nobis habere non liceat, ideò renovantes alia generalia statuta, decernimus quòd Frater inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam à quopiam vivente suscipiat; & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in judicio exigatur: declarantes quòd ad perpetua legata petenda non possunt fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum eleemo-
378 synæ, absque allegatione alicujus debiti. Decernitur præterea, ac præcipitur per S. Obedientiam, quòd quoties relinqui contingat aliqua legata perpetua aliquibus personis, & Hospitalibus, vel alicui Reipublicæ, & aliis domibus ea lege quòd teneantur fratribus præstare singulis annis certam eleemosynam, sive omninò gratis, sive ut ipsi fratres dicant certa officia, & missas, quòd Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quòd cum ad illas eleemosynas nullum jus habeant ex vi legati, non possunt obligari ad illa officia, & missas. Si tamen facta ista protestatione hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & missas, tunc fratres tuta conscientia possunt eleemosynas hujusmodi recipere. Quod totum, & multò fortiùs in relictis legatis singularibus, fratribus simili modo faciendum esse decernimus.

Inhibemus autem, ne Syndicus in ſua perſona hujuſmodi annuos redditus recipiat diſtribuendos ipſis fratribus. Proteſtatio autem ſic fiat ſub ſigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Diſcreti hujus Conventus N. dicimus ad noſtram notitiam perveniſſe quondam N. certam eleemoſynæ quantitatem Conventui huic diſtribuendam perpetuò gratis, vel forſan pro aliquibus officiis, aut miſſis dicendis legaſſe. Cùmque legata hujuſmodi, niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ, acceptare ex inſtituto ſancto noſtro, & jure nobis non liceat; ideò per præſentes liberè proteſtamur in Domino, quòd legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres commiſſarius, aut legatarius ipſius teſtatoris dictam quantitatem per viam ſimplicis eleemoſynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate penitùs ceſſantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam ſimpliciter accipiemus, & piæ teſtatoris voluntati, quantum in nobis fuerit, plenè, ac fideliter ſatisfaciemus. Hæc autem proteſtatio ſubſcripta per Guardianum, & Diſcretos Conventus dabitur illi, qui tenetur teſtatoris voluntatem implere: & eadem proteſtatio ſcribetur in libro Conventus, ut conſtare poſſit ſuccedentibus Guardianis hanc Conſtitutionem fuiſſe ad plenum adimpletam.

379 Eſt autem hæc proteſtatio neceſſaria, ut optimè decernit D. Bonaventura hanc diſputans quæſtionem; & ex Apoſtolicis declarationibus Regulæ noſtræ colligitur. Et ut omnibus ſit compertum id quod tantoperè eſt nobis neceſſarium, ipſam D. Bonaventuræ quæſtiunculam ex ſuo Apologetico deſumptam hìc apponere de induſtria non gravabimur, quæ talis eſt, ut ſequitur.

Cum aſſeratis vos ſecundum Regulam, & profeſſionem veſtram nullos debere recipere proventus redditaum, ſeu poſſeſſiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini tranſgreſſores Regulæ veſtræ in eo, quòd recipitis domos, vel areas non contiguas veſtris areis, in quibus habitatis; eodem enim modo ſi hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & manſos, & ſimilia quæque recipere, imò grancias, & villas, & caſtra, &

terras,

terras, & oppida, & quæcumque fuerint vobis data; & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanesceret, & non eritis discipuli S. Francisci, cùm non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis: de domibus enim vobis contiguis potest esse excusabile, quòd pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiatis; sed de aliis non, in quibus homines alios pro censu locatis, quem procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra. Si qui in talibus incautè agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licitè agere possimus, adverte; & tunc non judicabis nos, si sanè intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere; quia verò mendici sumus, & pauperes, & quibus pro præsenti necessitate indigemus, ideò recipimus, prout licet, sive pro solvendis debitis, vel aliis necessariis procurandis. Cùm ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam ut nostram; sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio ejus provideatur nobis ex parte sua in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens, ne fortè ejus talis dispositio per hæredes suos, vel alios in posterum impediatur, & propter hoc præoccupat reprobare illam sigillo alicujus judicis, vel civium, vel alterius, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel fratrum, qui conservat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cùm de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cùm nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quòd de pretio, vel de proventibus illis, vel illis darentur fratribus tot panes quotidie, vel tantum eleemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædii, vel redditiuum possessores; nam si me petente eleemosynam aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantùm unam, vel singulis hebdo-

hebdomadis tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut vice sui ista dent etiam eo absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiamsi illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus; cùm non ex jure, sed ex gratia solùm talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus?

Et si post obitum illius, uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia; ita quòd quandocumque nollent ampliùs ista dare, nihil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad domum clementis domini pro quotidiana eleemosyna quamdiù illi placeret; sed quando plus nollet, discedamus ut cui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quòd datur ex gratia recipere, non ex jure. De censibus verò domorum fratribus legatorum nihil quærimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem antequam vendantur, aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illæ domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed eleemosynam nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliundè donatam. Quia verò Dominus docet nos cavere ab hominibus *Matth* 10. & Apostolus ab omni specie mala abstinere, *prima Thessal.* 5 ne putemur ab ignorantibus transgressores regulæ nostræ, debemus apertè protestari nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspicio probabilis judicari. Hæc omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casus solet aliquando evenire, quòd annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus, quòd in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in constitutionibus super *cap.* 6 *Reg.* & §. *Inhibemus*. Quòd nimirum hujusmodi redditus assignentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales eleemosynas, sive fructus, vel

vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant, & fratribus sive aliis Sacerdotibus, quando fratres noluerint tales Missas, vel suffragia juxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum interdicere faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant à fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietas alicujus capellæ, sive sepulturæ, cùm hoc omninò sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto; nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oporteat satisfacere devotæ fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum institutum regulæ nostræ transgressores judicemur. Cujus Seraphici Doctoris sententiam hìc inserendam judicavimus, quatenùs è medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scillam inciderunt in favorem Ordinariorum, vel alicujus tertii, vel hæredis, renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominii donare, sicuti accipere, & summa dementia alienum renuntiare.

De hujusmodi autem bonis, seu illorum pretio, Generalis, vel Commissarius Generalis unà cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacristiæ, fabricæ Ecclesiæ, & Conventuum provideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimùm sacram hanc Congregationem fideliter certiorem faciat. Hanc verò bonorum abdicationem, & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debebit huic Sacræ Congregationi ex Generalis, vel Commissarii generalis, & Ordinariorum attestationibus, gratis, & absque ullo fratrum dispendio concedendis.

Deinde à fratribus particularibus auferatur cujuscumque rei proprietas, si quæ sit, & omnia in communi redigantur

tur

tur ad regul. Sac. Can. Apostol. Constit. & S. Concil. Trid. dispositionem. Potissimùm verò tollantur pecuniæ, & quamprimùm insumatur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates; idq; fiat à Syndicis Apostolicis tantùm, ita ut nihil pecuniæ mediatè, vel immediatè supersit in manibus, vel potestate fratrum etiam Superiorum.

380 Ad hæc tollatur abusus Aromatariarum, ita ut de cætero illæ non retineantur, nisi ad usum monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

381 Prætereà nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristis, aut alibi cippos, & truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec capsulas pro eleemosynis Missarum.

Ac demum Superiores Regulares invigilent, ut fratres communi mensa utantur, divina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, ac cætera impleant, ad quæ pro Regulæ observatione tenentur.

Hæc autem superiùs expressa, fuisse ad effectum perducta constare debebit eidem S. Congregationi, ex attestationibus medio juramento Generalis, aut Commissarii generalis, aut Visitatorum, prævia diligenti informatione capta in visitatione singulorum Conventuum cujusque Provinciæ. Romæ 14. Junii 1628.

382 Porrò suprascriptis declarationibus, & decretis non adversantur, quin potiùs favent alia decreta in Congregatione fabricæ S. Petri edita jussu Sanctissimi D. N. in hæc verba.

Decretum Sac. Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe super Legatis relictis PP. Minoribus de Observantia S. Francisci.

CUM sæpiùs fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Ven. Fabricæ S. Petri super annuis Legatis factis, seu facien. ad favorem Fratrum S. Francisci Minorum de Observantia, cum onere Missarum, seù Officiorum, sive gratis, sive alio modo.

Prætendente Ven. Fabrica S. Petri ad illam spectare propter

dd.

dd. Fratrum incapacitatem hujusmodi Legatorum.

Dictis autem Fratribus allegantibus posse annua legata hujusmodi recipere tuta conscientia, quatenùs hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere fratribus dd. Missas, & Officia, juxta sententiam S. Bonaventuræ, & Decreta S. Congregationis à S. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ Consultationibus præpositæ, sub die 4. Junii 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum provisione facta priùs relatione S. D. N Urbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decrevit in futurum super hujusmodi Legatis observari, ut infrà.

Quòd hujusmodi Legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricæ faciendam, vel alio quovis modo; sed illorum capitale, sive sors principalis, vel proprietas absque aliqua diminutione conservetur semper, & perpetuò ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos possint applicari: ita tamen, ut quamdiù applicationem specialem auctoritate Apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè, si velint, dictis fratribus dare dicta annua Legata per eosdem fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda. Et quòd quævis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque speciali Romani Pontificis permissione facta, eo ipso nulla sit, nec debitoribus, aut aliis quibuscumque suffragetur.

Quòdque Commissarii, aliique Ministri Ven. Fabricæ super hujusmodi capitale, seu proprietate supradicta, se de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, seu debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinvestiendi in casu reinvestimenti, seu providendi, ut conservetur, ut suprà, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apostolica fact. vel facien.

Et quòd nolentibus dd. hæredibus, vel debitoribus dare supradictis fratribus dd. eleemosynas, seu annuas præstationes, sive Legata ut suprà solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis à die obitus

rus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius solutionis, eadem fabrica, & illius Commissarii, & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit ut supra elapsum biennium, vel ultra, possit & valeat annuas præstationes hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, juxta suas facultates, & Privilegia: salvo semper capitali, seu proprietate, ut supra, ad effectum, quòd hæredes, vel debitores (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec prædicta Legata in alios usus ejus auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, quandocunque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua Legata in eleemosynam, ut supra, nec Fabrica eosdem hæredes, vel debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel ultra, ut supra; salva semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcunque bonorum, & reddituum, ac jurium ejusdem Beneficiis, seu aliis usibus piis auctoritate Apostolica facta, vel in posterum quandocunque, & quomodocunque facienda, & executione litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarum; itaut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ, & illæsæ remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debeant, ita quòd neque Fabrica, neque hæredes, vel debitores præfati, ullo modo illas impedire, retractare, vel controvertere valeant, & salvis semper Sedis Apostolicæ auctoritate, ac facultatibus competen. dictæ Sacræ Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios Syndicos, Ministros, seu Procuratores tàm sæculares, quàm Regulares dictas annuas præstationes, seu Legata, nec judicialiter tàm coram quocumque Judice Ecclesiastico, quàm sæculari Ordi-

Ordinario, vel delegato, ac aliàs nisi juxtà formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ à Sanctissimo D. N. deputatæ, ab hæredibus seu quibusvis aliis eorum debitoribus petere, minùsve dd. hæredibus seu debitoribus facere aliquas receputas pro dd. annuis præstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu eleemosynis supradictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua verè fuerit iisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Provisos Apostolicos pro tempore de Beneficiis, quibus Legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & ministros super erectione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quovis quæsito colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ ex Collegio ejusdem Sacræ Congregationis die 14. Februarii 1633.

Dominicus Card.

Loco ✠ Sigilli.

Verba, Congregationis particularis ab Urbano VIII. Fratrum Minorum de Observantia Cismontanæ Familiæ Consultationibus præpositæ, in Decisionibus præcedentibus allegatæ.

383 SAcra Congregatio &c. sed quia in his casibus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquem Patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus, quod in tali casu servetur Statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. (Julio II.) super cap. 6. Regulæ §. *Inhibemus*, quod nimirum hujusmodi redditus assignentur Rectoribus Spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales eleemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant,

piant, & à Fratribus sive aliis Sacerdotibus, *quando Fratres voluerint* tales Missas, vel suffragia juxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum, dici faciant.

Decretum Sac. Congregationis Fabricæ S. Petri circa Legata relicta Minoribus de Observantia in locis, in quibus Venerab. Fabrica locum habet promulgatum sub die 14. *Februarii* 1633.

384 CUm sæpiùs &c. eadem S. Congregatio censuit pro opportuna prædictorum provisione, facta priùs relatione Sanctissimo Domino Nostro Papę Urbano VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato decrevit in futurum super hujusmodi Legatis observari ut infrà. Quod hujusmodi Legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricæ faciendam, vel alio quovis modo; sed illorum capitale, sivè sors principalis, vel proprietas absque aliqua diminutione conservetur semper, & perpetuò ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos possint applicari. Ità tamen ut quamdiu applicationem specialem authoritate Apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè si velint, dictis Fratribus dare annua Legata per eosdem fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda.

Quodque Commissarii, aliique Ministri Ven. Fabricæ super hujusmodi Capitale, seù proprietate supradicta, se de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, seù debitores aliquo modo molestent &c.

385 Et quod nolentibus dd. hæredibus, vel debitoribus dare supradictis Fratribus dictas Eleemosynas, seù annuas præstationes, sive legata ut supra solvere, vel illas, seù illa non solventibus, tunc, & eo casu lapsis duobus annis à die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius solutionis, eadem Fabrica, & illius Commissarii, & Ministri id totum, quod solutum non fuerit, pro præterito pro rata tamen in qua fuerit ut supra, elapsum biennium, vel ultrà possit, & valeat annuas

nuas præstationes hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium juxtà suas facultates, & privilegia, salva semper proprietate, seu capitali, ut suprà, ad effectum, quod hæredes, vel debitores &c. possint, si velint, etiam quandocumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dd. Fratribus dicta annua Legata in Eleemosynam &c. *Et inferius præservatur Decretum Congreg. particularis sub Urbano VIII. superius relatum sequentibus Verbis*. Prohibuit tamen eadem S. Congr. Fratribus supradictis sub pæna Excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seù præsumat per se, nec per alios Syndicos, Ministros, seu Procuratores tam Sæculares, quam Regulares d. annuas præstationes, seu Legata, nec judicialiter tam coram quocumque Judice Ecclesiastico, quàm Sæculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs nisi juxtà formam dicti Decreti Congreg. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ à Sanctiss. D. Nostro deputatæ ab hæredibus, seu debitoribus petere, minusve dd. hæredibus, seu debitoribus facere aliquas receputas pro dd. annuis præstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu Eleemosynis supradictis cum effectu, ac verò & realiter eisdem Fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea qua verè fuerit iisdem Fratribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio.

Decretum ejusdem S. Congreg. Fabricæ ad providendum indemnitati Fratrum in annuis Legatis, & occurrendum hæredum, vel executorum malitiæ, editum die 15. Decembris 1646.

386 SAcra Congregatio Generalis Rev. Fabricæ Sancti Petri de Urbe ad consulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci, quàm providendum malitiæ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis solvere annua Legata pia cum oneribus Missarum, seu Officiorum, vel etiam gratis dictis Fratribus, seu eorum

Ecclesiis relicta, ac in futurum relinquenda, sub spe postea super illis pro minori summa se componendi cum Commissariis, & aliis Rever. Fabricæ Ministris, & Officialibus, prohibuit, & expresse mandavit Commissariis, Æconomis, Secretariis, & aliis quibuscumque Officialibus, & Ministris Reverendæ Fabricæ præsentibus, & futuris, & tàm Urbis, & Status Ecclesiastici, quàm Regni Neapolis, & aliorum quorumcumque Locorum sub pœnis arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis, ne de cætero cum hæredibus, vel aliis quomodolibet obligatis ad solutionem dictorum Legatorum ad aliquam compositionem, remissionem, vel transactionem deveniant, sed ab illis omnes annatas suprà biennium decursas, & non solutas integraliter exigant, & exigere faciant in beneficium dictæ Reverendæ Fabricæ sine relaxatione alicujus minimæ portionis, seu quantitatis, servato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sacra Congregatione editi sub die 14. Februarii 1633 & compositiones &c. eo ipso nullas, & irritas esse decrevit, mandans &c.

Breve S. M. Urbani VIII. editum post decreta prædicta, quæ ad tenorem ejusdem Brevis posteriùs editi intelligenda veniunt.

URBANUS OCTAVUS.

Ad futuram rei memoriam.

387 EXponi nobis fecit dilectus Elias Petiot Doctor Theolog. Parisiensis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiæ, Turoniæ Minister Provincialis, cum omnibus Superioribus, & subditis ejusdem Provinciæ, quod ipsi à dilecto etiam filio Didaco de Cea Ordinis eorumdem Minorum Lectore jubilato, Almæ Angelorum Provinciæ, & Ordinis Patre, ac in Romana Curia pro Ultramontana familia Commissario Generali, & de mandato, & authoritate dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii

rentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem, ex fratre Germano nepotis, dictique Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris; in præfatæ Provinciæ specialem Commissarium, pro alienandis bonis immobilibus, si quæ fuerint extra Conventus dictæ Provinciæ sumpta, ac alias sub certis modo, & forma, ibi expressis constitutus, & deputatus fuit, prout in dicti Didaci Commissarii Generalis hujusmodi desuper confectis patentibus litteris tenoris subsequentis, videlicet.

388 Frater Didacus de Cea Ord. Min. Regularis Observantiæ lector Jubilatus, Almæ Angelorum Provinciæ, & Ordinis Pater, ac in Romana Curia pro universa familia Ultramontana Commissarius Generalis, & servus; Dilecto nobis in Christo R. P. Fr. Eliæ Petiot ejusdem Ordinis, & instituti, Provinciæ verò Turoniæ Provinciali Ministro, ac Doctori Theologo Parisiensi salutem, & pacem in Domino sempiternam. Cum Eminentiss D. Card. Francisco Barberino S. R. E. Vicecancellario nec non totius nostræ Seraphicæ Religionis vigilantissimo Protectori, Correctori, & Gubernatori, exponi feceris una cum omnibus, & singulis ejusdem Provinciæ, Superioribus, & subditis, quod dicta Provincia quondam Conventualium, zelo suæ professionis ducta, & devotis accensa desideriis olim quidem Regulæ suæ Observantiam amplexa fuerit, & formam vivendi, & disciplinæ Patrum Observantiæ acceptaverit, nuper verò à S. D. N. Urbano VIII. in litteris suis Apostolicis sub datis hîc Romæ 18. Junii præsentis anni declarata fuerit, & de novo incorporata Regulari Observantiæ cum omnibus privilegiis, juribus, exemptionibus, & immunitatibus, quibus dicta Provincia, cum provinciis Franciæ, S. Bonaventuræ, & Conventus Parisiensis ab antiquo gaudere consueverunt.

389 Propterea ad felicius dictæ Provinciæ, & Fratrum conscientias serenandas, & Sanctæ Regulæ nostræ Seraphicæ nitorem, & observantiam restituendam, supplicaveris, quatenus concedamus tibi licentiam, ut cum Consilio Syndicorum Conventuum respectivè possessiones, prata, & alia immobilia (si quæ fuerint extra Conventuum sep-

ta) sic vel alienes, vel disponas, prout melius regimen dictæ Provinciæ, & Conventuum utilitas postulaverint; quia autem dicta alienatio, & dispositio non potest executioni mandari, absque singulari ejusdem Eminentissimi Protectoris mandato, & modo ab illo assignando, quo debite, & congruè omnia, si quæ intervenerint impedimenta tollantur, & quatenus dicta hujusmodi alienatio, vel dispositio suum tandem integrum, & plenarium sortiatur effectum. Hinc est, quod auctoritate ejusdem Em. Protectoris nobis in hac parte specialiter commissa, præsentium tenore, & vigore, te, qui de Religionis zelo, morum integritate, & prudentiæ claritate plurimum in Domino comendaris, ejusdem dictæ tuæ Provinciæ specialem Commissarium nominamus, & instituimus omni meliori modo, quo possumus, & opus fuerit; etiam cum plenitudine potestatis agendi, sollicitandi, & procurandi per te, vel per alium, seu alios dictæ Provinciæ benemerites Patres, à te deputandum, vel deputandos, ad cujus, vel quorum nominationem, & ad facultatem eligendi, specialem licentiam, & authoritatem concedimus, quatenus dictæ possessiones, prata, & alia immobilia, si quæ fuerint extra Conventuum septa, intra unum annum, vel ad summum duos à debita præsentium notitia computandum, sic vel alienentur, vel disponantur, ut dictæ Provinciæ felicius regimen, & Religionis decor postulaverint.

390 Et propterea eadem authoritate Eminentiss. Protectoris, & earumdem serie nostrarum prædictos Syndicos Conventum respectivè, tamquam Generales per sanctiones Pontificias Procuratores, & Æconomos Apostolicos, hortamur in Domino, & quantum in nobis est injungimus, & mandamus, quatenus dictam alienationem, seu dispositionem, consilio, & auxilio suo promoveant, ut scilicet fiat secundum requisitas juris solemnitates, & debitum Seraphicæ nostræ institutionis modum, scilicet dictorum bonorum dominium, possessionem, & proprietatem puritati nostræ Regulæ Observantiæ repugnantem in perpetuum abdicando, & ad quos de consilio Fratrum cujusque Conventus melius secundum Deum, & fructuosius secun-

secundum licitam utilitatem Conventuum videbitur expedire, transmittendo, & alienando.

391 Insuper ad serenandas Fratrum conscientias, eadem authoritate Eminentiss. facultatem tibi concedimus; quatenus Fratribus, & Conventibus dictæ Provinciæ vice nostra declares: imò nos nomine, & authoritate dicti Eminentiss Protectoris declaramus, dictos Conventus, Fratresque Minores respectivè licitè, validè, tuta, & salva conscientia *tenere posse annua, & perpetua Legata, vel certos aliquos redditus, aut proventus annuos*, & perpetuos præfatæ puritati nostræ regulæ consentaneos, per modum Eleemosynæ, aut (juxta primam, & præcipuam Sancti Patris Francisci vivendi rationem, ejus consilio, & exemplo firmatam, & roboratam) pretii, seu mercedis vice, pro spirituali dictorum Fratrum nostrorum labore recipiendos, nempe pro Missarum solemnium, privatarumque sacrificiis, aliisque Divinorum Officiorum oneribus, secundum pias benefactorum, seu vivorum, aut defunctorum intentiones institutis: sive pro fabricis, & reparationibus Ecclesiarum nostrarum, sive pro studiis Sacræ Theologiæ, & bonarum disciplinarum, nec non aliis Conventuum utilitatibus, sive pro prædictis omnibus causis, aut aliqua illarum divisim, vel conjunctim jam diù prædictos redditus, aut proventus fundatos, & constitutos, vel fundandos, & constituendos super hujusmodi bonis cujuscumque sint naturæ (nunc, & in perpetuum abdicandis, transmittendis, & alienandis) juxtà prædictos modos licitos, & puritati Regulæ nostræ congruos reservando, & retinendo, *facta prius ex animo, & optimo corde dictorum redditu-um, aut proventuum, simili, vel efficaciori protestatione, & renuntiatione, à Doctore nostro Seraphico P. Bonaventura præscripta, atque observata*, & quod dicti redditus, aut proventus in unoquoque Conventu non sint in tanta copia, & excessiva quantitate, ut mendicitatem excludant, aliisque servatis clausulis, & circumstantiis, *nec non gratiis, & juribus contentis, & expressis in allegatione pro sustinenda validitate fundationis, & perpetuorum legatorum Conventus Victoriæ, Sancti Patris nostri Francisci Recollectorum in Hispania, alias per nos præsentata Eminentissimis Dominis Car-*

 dina-

dinalibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, & ab eis approbata, & confirmata per decreta edita sub datis hic Romæ vigesima Junii, & tertia decima Julii anno Domini 1635.

Ut autem facilius, opportunius, & exactius injunctum tibi
392 munus absolvere possis, ejusdem Eminentissimi Protectoris authoritate, præcipimus omnibus, & singulis dictæ Provinciæ Fratribus Superioribus, & subditis in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna privationis propriorum officiorum, nec non excommunicationis latæ sententiæ, & etiam prædictis Conventuum Syndicis Apostolicis, ut te, vel alium, seu alios intrà prædictum, & præfixum tempus, velut legitimum, seu legitimos dictæ Provinciæ Commissarium, seu Commissarios ad prædicta (ut fertur) specialiter, & expressè deputatum, vel deputandum, aut deputandos, cum omnibus gratiis, ac juribus aliis Commissariis concedi solitis recipere, recognoscere, & revereri velint, & debeant ibi, aut illi, vel illis, quæ nec Cultu Divino, aut Animæ suæ, nec evidenti, & Spirituali Conventuum utilitati contraria sunt, prompti, & hilariter obtemperaturi: Mònentes ut in hujusmodi muneris executione, nihil aliud penitus, nisi prædictorum Cultus Divini augumentum, Domorum Domini decorem, studiorum necessitatem, & domum cujuscumque Conventus utilitatem Spiritualem nostro Minorum statui, & Regularibus institutis dictæque Provinciæ privilegiis nuper confirmatis (ut præfertur) congruentem præ oculis habeas. Vale Deumque pro nobis exora. Datum Romæ in Conventu Aracælitano die 10. Julii anno 1637. In quorum fidem manuali nostro Syngrapho, & majori officii nostri Sigillo presentes munivimus.

393 Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præfati Exponentes præmissa pro illorum firmiori subsistentia, & validitate Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri summopere desiderent. Nos dictum Eliam aliosque præfatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomo-

dolibet

dolibet innodati existunt, ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, deputationem de persona dicti Eliæ in specialem Commissarium Generalem (ut præfertur) factam, ac desuper confectas præinsertas litteras, cum omnibus, & singulis, in eis contentis expressisque Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti, quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

394 Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, ut dictum Eliam, aliosque præfatos præinsertarum, præsentiumque litterarum nostrarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant, nec illos desuper à quoquam quomodolibet molestari perturbari, vel inquietari permittant, ac decernentes, easdem præinsertas, patentesque litteras, validas firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit inviolabiliter observari, dictisque exponentibus plenissimè in omnibus, & per omnia suffragari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavisauctore scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

395 Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus: cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem

fub annulo Pifcatoris die vigefima feptima Julii 1637. Pontificatus noftri anno decimo quarto.

M. A. Maraldus.

396 ET ulteriùs prolegato relicto pro pitantia, fuit femper fenfus S. Congregationis Boni Regiminis Urbis, quæ ultra fuperius deducta fub die 22. Junii 1652. ita dedit litteras. *Viterbo Governatore. Mentre per il paffato i Frati Minori Offervanti di S. Francefco di Canino fiano ftati fovenuti da fcudi dieci l'anno per la pietanza, e di altri fcudi quindeci per il vino da quella Communità la S. Congreg. fi contenta, che poffa continuarfeli la medefima limofina, onde piacerà a V. S. concederlene la facoltà opportuna.*

Ac pro veftiario habetur refolutio ejufdem S. Congregationis fub die 12. Novembris 1661. Perugia Governatore: *Quefti Emin. Signori doppo havere veduta l'informazione di V. S. fono ftati di parere, che ella proveda, che li Frati di S. Francefco Minori Offervanti di Nocera, fiano fodisfatti dell' annua rifpofta di fcudi fette, e b. 50., che gli fono ftati affignati da quel pubblico fotto titolo di Veftiario tanto efeguifca, e Dio la profperi.*

397 Immò pro Carne affignata Mendicantibus à Communitate illamque poffe à lanione illius licitè exigi habemus cafum decifum per doctiffimum, & vigilantiffimum Opid. Cerrum A.C. locumtenentem in caufa Sabinen præftationis Carnis inter RR. PP. de Obfervantia B. M. Virginis de Lilio, & Jofephum Gentilem fubftinentem jura Communitatis Malleani cum mandato de exequendo judicatum de fratribus favore RR. PP. relaxato, ac cum fententia emanata fub die 24. Martii 1708. per acta Babucci Notarii A.C.

398 Ac S. Congregationis Concilii, quæ ita invariate pro obfervatione præfati decreti Rev. Fabricæ circa legata pro pietantia relicta mandavit, & in fpecie in Æfina legati 4. Maii 1697. Cujus refolutio Magiftralis hæc eft.

Baldaffar de Calvanis anno 1639. Inftituta hærede ufufructuaria Pieria uxore gravavit tdm ipfam, quàm hæredes proprietarios ad tradendum in perpetuum PP. Cappuccinis eleemofinam Juliorum

liorum septem singulis hebdomadis pro duobus ferculis, seù pitantiis, injuncto onore eidem Pieriæ faciendi intra certum tempus investimentum æquivalens annuæ satisfactioni prædicti legati per hæc verba. Lascia la medesima Sig. Pieria mentre sarà viva, e gli infrascritti heredi, e successori in infinito siano obligati, si come esso testatore espressamente comanda di fare due volte la settimana l'elemosina alli Cappuccini di Gesi di giulii tre e mezzo per ciascheduna volta di Carne, ò pesce, e che per detto effetto pagati li scudi 100. di legato fatto di sopra per l'altare di S. Giuseppe della Sig. Pieria sua consorte tra lo spazio di quattro, ò cinque anni, ò quanto prima si possa si ponga a frutto quella quantità di denaro, che sarà bastante per il stabilimento perpetuo delle dette elemosine delle due pietanze la settimana per li detti PP. e che sino a detto Cumulo, ò stabilimento la Sig. Piera si compiaccia si come esso Testatore la grava di tener comunicati li frutti della sua dote, e contradote pregando il medesimo Sig. Testatore li detti Padri Cappuccini per la detta Carità di pregare nelle loro Orazioni per l'anime d'esso e de suoi Antenati morti &c.

Neglexerunt tàm Pieria, quàm primi hæredes nedum primum investimentum verum etiam traditionem supradictę eleemosinæ, per plures annos. Quare Nicolaus, & Teodorus de Calvanis hæredes mediati condemnati fuerunt à Rev. Fabrica per viam compositionis ad solutionem scutorum 300. pro eleemosinis decursis, & non solutis.

Modo autem volentes iidem hæredes executioni demandare præfati Testatoris voluntatem quoad investimentum capitalis prædicti oneris eo sub fundamento, quod ubi ad formam testamenti factum fuisset investimentum de anno 1639. vel paulo post fructus illius ascendentes tunc ad annua scut. 36. vix hodie ascenderent ad medietatem attenta notoria diminutione fructuum censuum aliorumque stabilium.

399 *Verum audito desuper Episcopo comprobante narratorum veritatem excitata fuit difficultas. An onus investimenti tamquam adiectum executioni legati dicatur stare demonstrativè, vel taxativè itaut investimentum modo faciendum sit ab hæredibus perpetuò manutenendum pro integra satisfactione summæ legatæ: Cumque placuerit EE. VV. demandare, ut instantia prædicta describeretur in folio. Hinc in præsenti Congregatione infor-*

informantibus prædictis hæredibus exquiritur.

1. *An, & in qua quantitate præfatum Investimentum sit faciendum.*

2. *An post factum Investimentum, ac superveniente aliqua diminutione tàm in capitali, quam in fructibus hæredes teneantur cum bonis hæreditariis perpetuo supplere summam deficientem.*

Die 4. *Maii* 1697. *S. C. EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, ad primum faciendum esse investimentum in quantitate æquivalenti ad integrum onus. Ad secundum respondit affirmativè.*

Faventina legatorum: In assignatione bonorum facta per Constantiam Sevarolam de anno 1657 *ad effectum fundandi in Terra Mutilianæ, vel Beneficium Ecclesiasticum, vel Monaste-*
400 *rium Monialium tria onera fundatrix imposuit. Primum annuæ præstationis libr.* 100. *Olei, pro manutentione lampadis ante Sacras Reliquias in Ecclesia PP. Cappucinorum dictæ Terræ Secundum librar.* 25 *ceræ albæ pro usu ejusdem Ecclesiæ, & Tertium denique unius ferculi valoris solidorum* 20. *ipsis PP. Cappucinis per singulas hebdomadas subministrandi.*

Secuta de anno 1686. *Monasterii fundatione recusarunt Moniales subministrare dictas præstationes sub prætextu omnimodæ incapacitatis Fratrum Cappucinorum, quare ad instantiam Alexandri Bonconi, tamquam unius de populo citatis, & informantibus quoque Monialibus declarari humiliter supplicatur.*

1. *An Monasterium Monialium teneatur subministrare singulis annis dictas libras* 100. *Olei, &* 25. *Ceræ albæ pro usu Ecclesiæ Cappucinorum.*

11. *An similiter teneantur præstare singulis hebdomadis supradi-*
401 *ctum Ferculum bon.* 20. *pro ipsis Cappucinis.*

Die 2. *Martii* 1697. *S. C. EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum respondit affirmativè.*

Ad 2. *Censuit servanda esse decreta Congregationis Fabricæ die* 4. *Februarii* 1633.

402 Quę procedunt etiamsi assignatio bonorum fieret in contractu inter vivos uti habemus casum decisum per S. C. Fabricæ in Imolens. legati, seù Donationis sub die 16. Martii 1707. ubi fuit dictum favore RR. PP. Observantium Imolæ ad exclusionem Tribunalis R. Fabricæ *non intrare illius privilegia*, super qua controversia quia elaboratissimæ

fue-

fuerunt distributæ allegationes doctissimorum causæ Patronorum, & Advocatorum meritò pariter illos subnectere existimavi ad ostendendum, quòd in hujusmodi controversiis omnia necessaria motiva hinc inde fuerunt perpensa audito Commissario, & Fiscali ejusdem S. Tribunalis, & decisum *non intrare privilegia Fabricæ*, attenta capacitate Religiosorum in recipiendis hujusmodi legatis ex capite eleemosinæ adversùs quam resolutionem cum denuò fuerit provocatum ad idem Tribunal, hoc perpensis denuò partium rationibus sub die 20 Julii ejusdem Anni eamdem resolutionem confirmavit cum rescripto *in Decisis*.

Informatio distributa coram S. C. Rev Fabricæ ad instantiam Executoris piæ Voluntatis Mariæ Quainæ donantis.

Imolen. Donationis.

403 EMinentissime, & Reverendiss. Domine. Videtur standum in decisis 17. Martii proximè præteriti pro exequutione piæ voluntatis bon: mem: Mariæ Quainæ de Ferreriis; inter acerba siquidem mortis discrimina summa Justiniani clementia guttam hanc consolationis infundere languentibus mortalibus generosissimè voluit, ut suprema morientium elogia ipsismet Imperialibus sanctionibus essent æqualia, utque proindè moriens homo in Testamento, tamquam Imperator, leges condere posset, ut generaliter videre est in *§. Disponat Authent de Nupt.*, & in nostris terminis advertit *Simon. de Pret. de Interpræt. ultim. voluntat. lib 5 dub. 2 num.* 68.; Nihil propterea magis cordi esse debet, quàm ut piæ Morientium dispositiones punctualiter exequutioni demandentur, ut dicitur in *l. 1 Cod. de Sacrosanct Eccles.*, & ad rem observat *Rot in decis.* 297. *num 8. coram Royas*.

404 Præcipuè quando istæ unicè directæ sunt in suffragium animarum Defunctorum, & respiciunt Divinum Cultum, Sanctorumque venerationem, qualis est dispositio, seu donatio, de qua agimus, dum nihil aliud desideravit

æque

æque nobilis, ac pia mulier, quam = *à maggior gloria di Sua Divina Maestà vedere solennizati li giorni festivi della Beatissima Vergine Maria, e de' Santi Vincenzo Ferrerio, Sant'Antonio da Padova, S. Giuseppe, e Sant'Anna di lei Protettori, ed Avvocati con la celebrazione delli infrascritti Sagrifizii da seguire, e farsi nelle infrascritte Chiese,* = ut ampliando regulam supra positam, & ulteriùs observando, quòd aliàs retraherentur Fideles ad piè disponendum, observant Adducti per *Ricc. decis.* 24. *num* 47. *par.* 2., *& Rot. decis.* 157. *num.* 8. *par.* 7. *recent.*

405 Nec dicatur, quòd ista non procedant, quandò quis talitèr disponendo operatur in fraudem legis, vel adversùs ejus prohibitionem; Id enim in nostris terminis nullatenùs verificatur, ad quod demonstrandum præmittimus, quòd incapacitas PP. Reformatorum S. Francisci circa annua Legata cum onere celebrationis Missarum, licèt ipsorum respectu amplissima sit ratione modi, seù jure actionis ex Testamento aliquid annuatim percipiendi, non est tamen talis, neque simplex, & absoluta quoad substantiam, & habito respectu ad Hæredes, seù Testamentarios Executores, sed ab hac Sacra Congregatione die 14. Februarii 1633. modificata fuit cum illa conditione, ut dicti Religiosi talia annua legata nullatenus possint exigere, Hæredes verò, si velint, possint liberè, & per viam eleemosynæ dare summam sibi ipsis in Testamentis præscriptam, ut videre est apud *Fagnan. in cap. Nimis prava sub num.* 61. *de Excess. Prælat.*, *& apud Panimoll. decis.* 60. *adnot.* 3 *sub nu.* 9. ibi = *Ità tamen, ut quandiù applicationem specialem authoritate Apostolica fieri non contingeret, Hæredes, vel Debitores, possint liberè, si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda* = quæ resolutio approbata in specie fuit à fan: mem: Urbano VIII. testibus Fagnano, & Panimolla ubi supra, & semper ab inde citra ab hac Sac. Congregatione punctualiter executa fuit, idemque resolvit Sacra Congreg. Concilii in Faventina 2. Maii 1697. ibi = *Serventur decreta Congregationis Fabricæ die* 14. *Februarii* 1633. = *lib* 47. *Decret. fol.* 92., & per eadem præcisa verba *in Salernitana* 14. *Junii* 1704. *lib.* 54. *Decret. fol.* 203.

Hujus-

406 Hujusmodi verò decreta nimis clara, & litteralia sunt, & propterea nulla egent interpraetatione desumenda ab antecedentibus decretis anni 1628., quibus in omnem casum uti posteriora essent praeferenda ex adductis per *Rotam in decis.* 495. *num.* 1. *coram Emerix Juniore;* Praecipuè quià sanctae mem. Urbanus VIII. anno 1637. in Brevi per extensum impresso *apud Dñum Piton discept. Eccles. tom.* 1. *fol.* 32. in omnibus, & per omnia processit cum dictis posterioribus anni 1633. non autem cum anterioribus anni 1628.

407 Viva autem ratio omnium praemissorum, quam adducunt *Barbosa de jure Eccl. cap.* 27 *num.* 81.; *Sanchez. ad praecept. Decalogi lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 50., *Amost. de causis piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 74., & *Rota decis.* 1326. *num.* 19 *coram Emerix juniore*, illa est, quòd Testatores in his terminis duo demandasse censentur, & satisfactionem onerum respectu suorum haeredum, & acquisitionem Legati quoad Religiosos; *stante autem horum incapacitate (sunt verba dict. decis.* 1326. *nu.* 19. *coram Emerix jun.) remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, itaut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte haeredis, vel executoris* = cum aliis adductis à Dño meo Advocato Pitonio in ejus *discept.* 2. *nu.* 11., & *sequen.*, & *per totam*, ubi solidè probat, quòd annua legata prohibita sunt Fratribus minoribus ratione modi per Testatores expressi, itaùt nullam actionem habeant ex Testamento, ea ratione, quià sola actio civilis est illa, quae repugnat Regulae Seraphicae, non autem prohibita sunt ejsdem Fratribus quoad substantiam, quià illorum capaces sunt per viam eleemosynae, Idque numero antecedenti comprobaverat ex universali consuetudine totius Seraphicae Religionis, & *à num.* 58 *idem probat*, mediante rotundo Brevi sanct. mem. Urbani VIII.

408 Indeq; communiter inferunt Doctores, & Sacra Rota infra allegandi, quòd similia legata non ita corruunt, aut caducantur, ut haeres, aut Executor omninò liberetur ab oneribus ipsi injunctis, sed idem Haeres, quantum in se est, adhùc tenetur Testatoris voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne Anima Testatoris iisdem debitis suffragiis, & injunctis Anniversariis privetur; Imò tenetur eadem onera in ejsdem Ecclesiis, & per eosdem Reli-

Religiosos adimpleri facere, & quatenùs id negligatur ab Hærede, Loci Ordinarius, uti piarum voluntatum Executor, procurare tenetur, ut videre est apud *Marant. respons. 41. num. 78., & sequen. lib. 1., Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 50., Amostazz. de causis piis lib. 4 cap. 3. num. 74., Castropal. oper. moral. tom. 3. tract. 15. disp. 3. punct. 9. nu. 19., & Rot. dicta decis. 1326. num. 13., & sequen. coram Emerix juniore.*

409 Quod in casu nostro transit in evidentiam ex pacto, & expressa voluntate nostræ piæ Donatricis id litteraliter demandantis ejus Hæredibus in casu negligentiæ Executorum juxta illa clara verba paulò ante finem donationis ibi = *Altrimente mancandosi di ciò fare, sarà lecito alla detta Signora Ferreri, e di Lei &c. havere il regresso a' predetti Capitali, e frutti, decorsi, e non esatti de facto, & di propria autorità &c. per potere con li frutti provenienti da quelli, e decorsi, e non esatti come sopra, fare adempire le cose predette così per patto &c.* ex quibus satis responsum remanet instantiæ, & particulariter scriptis in Facto, & Jure sub nomine ipsorum hæredum.

410 Positoque igitur, quod hæredes Defunctorum possint, imò debeant ut supra, per viam eleemosynæ liberè solverè annua legata Religiosis Reformatis relicta cum onere celebrationis Missarum, remanent extranea à præsenti inspectione omnia ea, quæ lato calamo exadverso adducta fuerunt circa incapacitatem eorumdem Religiosorum S. Francisci, qui non possunt quidem exigere, neque Jure actionis petere aliquid ab Hæredibus defunctorum, sed non est eis prohibitum recipere ab eisdem per viam gratiæ, seù eleemosynæ, præmissa protestatione illa, quòd non intendunt consequi aliquod Jus vigore legati, sed illi renunciant, & totum recipiunt per modum eleemosynæ manualis juxtà Divi Bonaventuræ opinionem in ejus Quæstiuncula desumpta ex Apologetico impressa apud *Fagnan. in dicto cap. Nimis prava nu. 58. de excess. Prælator.* ibi = *Et si post obitum illius Uxor ejus, vel alii Amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quòd quandocumque nollent ampliùs ista dare,*

nihil

nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad Domum Clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quandiù illi placeret, sed quandò plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato, hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex Jure.

411 Prout etiam remanent pariter extranea à nostris terminis ea, quæ dicuntur de amplissimis facultatibus R Fabricæ, quas nullatenùs impugnamus in illis terminis, in quibus loquuntur Summorum Pontificum Constitutiones, & resolutiones hujus Sacræ Congregationis, dicimus verò, illas non intrare in nostris terminis, quia non agimus de donatione pura, & absoluta, facta Personæ incapaci juxta terminos authoritatum exadverso allegatarum, sed quæstio nostra versatur circa donationem conditionalem, & conditionalissimam, modo licito factam, & cum expressa declaratione, quòd eædem conditiones intelligerentur semper salvæ in principio medio, & fine Instrumenti donationis, & non aliàs aliter, nec alio modo, ità ut potiùs perire deberet actus donationis, quam eædem conditiones, & protestationes, quodque idem Instrumentum donationis tunc solùm sortiri deberet effectum suum = *quando restino adempite le infrascritte Condizioni, e non altrimente* = Cum illo addito, quòd antequam eædem conditiones adimplerentur, intelligi deberet expressè reservatum ad favorem Donantis, ipsiusque Hæredum speciale dominium corporum donatorum, terminando explicationem suæ voluntatis cum illis verbis, & solemni protestatione, quòd absq; dictis conditionibus eadem Donatrix nedum non venisset = *in sentimento di procurare l'augumento del Culto della Beatiss. Vergine, e de prenominati di Lei Santi Avvocati, e Protettori, mà tampoco sarebbe venuta alla stipulazione del præsente Instromento* = Descriptionem verò Capitalium donatorum sigillavit cum illis verbis, omni animadversione ad nostrum effectum dignis = *Il dominio de quali Capitali, e loro frutti sopra espressi, ed assegnati &c. dichiara, e solennemente si protesta, che ne adesso ne mai s'intenda trasferito à detti Aministratori, ò Donatarii, nè tampoco abdicato a se &c.* quando mens ejusdem Donatricis modò ab ipsa determinato non adimpleretur. Si

412 Si autem = *nimis regulare est, quod legatum etiam pium sub aliqua conditione factum conditione non impleta evanescit, nec debetur, cùm censeatur per Testatorem sic qualificatè legantem inducta forma* = ut in nostris punctualibus terminis per hæc præcisa verba egregiè observat *Rodulphin. allegat.* 75. *num.* 12., ubi innumeros citat Concordantes frustrà hic transcribendos, quanto magis admittenda videntur in nostro casu, in quo non agitur de conditione simplici: sed totiès repetita, & multipliciter replicata cum dictis effrenatissimis verbis enixum animum Donantis undequaque ostendentibus per ea, quæ in nostris terminis advertit de *Rub. de Testament. cap.* 83. *num.* 180. *& seqq.*, & generaliter firmavit *Rot. in decis.* 107. *num.* 1., *& pluribus seqq. par.* 12., *& decis.* 140 *num.* 17. *par.* 18., *& decis.* 226. *num.* 6., *&* 7. *par.* 19. *recent.*

413 Quæ omnia absque ulla difficultate procedunt, ex quo non sumus in terminis conditionis in suspenso adhùc pendentis, sed expressè, & positivè acceptatæ ab Administratore, seù Donatario dictæ piæ mulieris Ferrariæ ibi = *Presente il Sig. Giuseppe Bonoli oggidì Sindico Apostolico di detti Padri, il quale non come Sindico predetto, nè attinente a detti Padri, ma come privata Persona, ed Amministratore di questi effetti, tanto per se, come per li successori in detto officio da considerarsi anche essi, come sopra si è detto, stipula ed accetta &c.* per ea, quæ in punctualibus terminis nostri casus observat *Rodulphin. dict. alleg* 75 *num.* 18. *& duobus seqq.*

414 Ultrò admittimus inter effectus Donationis inter vivos, quæ absque ulla conditione, & purè fit, unum esse, ut dominium rei donatæ irrevocabiliter transeat in Donatarium, taliter ut exindè nullatenùs redire valeat in transferentem, vel illius hæredes, juxtà terminos, in quibus discurrunt *Guttier. in leg. nemo potest num* 251. *ff. de legat. primo*, *& Rota decis.* 10 *de Testament. in antiq.*, sed quando eadem donatio, ut in nostro casu, verificatur, non est pura, sed conditionalis, & dominium expressè reservatum fuit à Donante tàm sibi ipsi, quàm ejus hæredibus, nescimus videre, quare non possit Dominus legem, quàm vult, donationibus à se ipso faciendis imponere ad terminos integri tituli 55. *lib.* 8 *Cod. de donationibus, quæ sub modo, vel conditione,*

ne, vel ex certo tempore conficiuntur, & juxtà communiter animadversa per omnes Doctores tractantes de Donationibus.

415 Ex quibus remanet manifestum, quod dicta Donatio non dicitur relictum modò illicitò, hoc est directè facta Religiosis incapacibus, quo casu nullo modo valeret, & de plano intrarent facultates Rev. Fabricæ, minusque modo indeterminato, quo casu fieri deberet, omnisq; capi interpretatio prò illius validitate, & subsistentia, ut in terminis observat *Rodriquez. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 126. art. 11.* ibi = *Hoc legatum debet interpretari eo modo, quo potest secundum jus valere &c.* = Sed dicitur relictum modo licito attenta dicta reservatione dominii, & proprietatis pænes ipsius hæredes, ut omissis authoritatibus, quæ ad id comprobandum adduci possent, observat bon. mem. Vespignanus facultatum Rev. Fabricæ peritissimus, illiusq; jurium acerrimus Defensor in *compend. privil. ejusdem fol. 71.* ibi = *Nota, quod hujusmodi decretum habet locum in annuis legatis tantùm, in quibus proprietas remanet pænes hæredes, non autem in legatis, sivè hæreditatibus directè in favorem fratrum factis, sivè relictis* = Qui sunt præcisi termini nostræ controversiæ, dum proprietas Bonorum donatorum ex præcisa, & enixa mente voluntatis nostræ Donatricis semper remanere debet pænes illius hæredes, & Administratores, nunquam autem, nec temporis momento transire debet in favorem PP. Reformatorum.

416 Præterea nostra donatio non fuit facta personæ incapaci, seù directè Religiosis Reformatis, vel illorum Syndico, uti tali, sed eidem Syndico uti Personæ privatæ = *E come uno de Cittadini di questa Città, che habbia l'assunto di fare questa carità tanto per l'esigenza de frutti &c.* = Sicuti igitur si idem onus injunctum fuisset uni ex Civibus Imolensibus, qui non esset Syndicus PP. Reformatorum, nulla adesset difficultas, quod posset idem Executor, si vellet, liberè, & per viam eleemosynæ, seù gratiæ tradere dictis Religiosis summam in donatione expressam, ex supra allegatis, ità idem omninò dicendum est, dùm idem Syndicus in hac parte facit figuram solius Civis Imolensis, attenta illa reduplicatione Personarum, circa quam inte-

grum edidit tractatum *Carol. Antonius de Luca sub tit. de plural. hom. leg.*, neque repugnat in jure, quod una eademque persona duplicem gerat figuram, ut latè advertit *Card. de Luc. de feud. in addit. ad disc. 23 num pr.*, & firmavit *Rota in decis. 435. num. 11. coràm Priol.*, *& in Fossanen. Praebendae 27. Martii 1699 §. Non quod coram Vicecomite*, & in punctualibus terminis nostri casus, quod scilicet multa permittantur hujusmodi Syndicis Apostolicis, non tanquam talibus, sed uti privatis personis, & tanquam cuilibet de Civitate, vel Populo egregiè *Rot. in decis. 1319. nu. 14. versic. nec officit coràm Emerix juniore:* Et in longè durioribus terminis donationis scut. 1000 factae Syndico Apostolico Conventus Aracoelitani ad effectum ex illius fructibus tradendi quolibet anno fratribus ejusdem Conventus 30. scuta panis albi, adest punctualis resolutio Sacr. Congregationis Concilii, quod scilicet per viam eleemosynae possint iidem Religiosi dictam summam quolibet anno recipere, quam refert, & sequitur *Lantusc. in Theatr. regular. verbo Legatum num. pr. §. Procurator Rev. Fabricae, & §. Et Sacra Congregatio fol. mihi 357.* cujus decreti, & exempli efficacia conatur D. in facto exadverso scribens debilitare sub limitatione, quod scilicet panis inservire debebat prò infirmis, sed etiam hae eleemosynae fuerunt per donantem relictae non pro victu, sed quidem prò omnibus indigentiis in genere *dicto praeterito Summario num. pr. litt. B. circa medium* ibi = *Per provedimento d' oglio per la lampada sudetta, impiegandosi in quelle cose, che saranno necessarie al sussidio caritativo di detti Padri*, ergò non solum prò infermaria, sed etiam pro Aromataria, & similibus, ut ex se patet.

417 Quatenùs autem aliqua in hac parte remaneret difficultas, quod non credimus, considerando eumdem Syndicum non uti talem, sed tamquam personam privatam, & uti unum ex Civibus Imolensibus, omnia de plano procederent, observando, quod in casu hujusmodi, vel similium impedimentorum, pia Donatrix in illius locum per pactum expressum subrogavit illius haeredem, ut videre est in Instrumento dictae Donationis EE. PP. distributo *litt. D.* antè finem, & propptereà loco ejusdem Syndici Apostolici procu-

procurare deberent exequutionem piæ voluntatis ejusdem Donatricis illius hæredes, & sic semper cum exclusione prætensionis Rev. Fabricæ.

418 Nec replicetur, quod, cum inter conditiones per dictam donationem expressas adsit illa exclusiva jurium Rever. Fabricæ, hæc haberi debeat pro non apposita, eo quia non sit in facultate Testatorum demandare, ut Ministri ejusdem non se intromittant in exequutione piorum legatorum, quia esset velle, quod leges in sua dispositione locum non haberent, quod improbat *Textus in l. nemo potest ff. de legatis primo*.

419 Respondemus enim, quod non opus habemus immorari in dicta inspectione, quàm cohærenter ad decretum hujus Sac. Congregationis diei 18. Martii 1626. tractant Authores in contrarium citati in terminis relicti puri, & simplicis cum pacto resolutivo, ut quatenùs Ministri Rev. Fabricæ in illius exequutione vellent se ingerere, tale relictum devolvatur ad alium, absque ullo onere; Nos autem, ut sæpè diximus, & nunquam satis repetimus, sumus in terminis, donationis conditionalis, & continentis expressam Dominii reservationem, quatenùs non adimpleantur onera à pia Benefatrice injuncta, quo casu cum dominium nullatenùs dicatur translatum in personam incapacem, minusque abdicatum ab hæreditate, & Bonis donantis, deest subjectum facultatum Rev. Fabricæ, cui propterea nihil incorporari potest; Non sic autem in illis terminis, in quibus loquuntur Authores exadverso allegati, quia in illis dominium erat jam translatum à Testatoribus, avulsumque ab eorum hæreditatibus, ut ex illarum lectura remanet manifestum.

420 Cessat pariter eadem necessitas immorandi in dicta inspectione, ex eo, quod nostra pia Donatrix non demandavit, Ministros Rev. Fabricæ non posse se intromittere in procurando adimplemento suæ voluntatis, qui sunt præcisi, & restricti termini decreti hujus Sac. Congregationis diei 18. Martii 1626. registrati *in compend. Privilegior. ejusdem fol.* 40. ibi = *Retulit mentem Sanctitatis Suæ esse, quod facultates Fabricæ non revocentur in dubium, quin possit juxtà suas facultates procedere, & exequi facere legata pia, non obstante*

 qua-

quacumq; prohibitione Testatorum, & aliorum, quin in eis possint se intromittere, illaque exequi facere = Sed nec minimam faciendo mentionem de iis, qui vellent se intromittere pro exequenda sua voluntate, expresè, & enixè voluit, & demandavit, ut nulla persona quantumcumque privilegiata, & privilegiatissima jus aliquod etiam minimum acquirere posset in Bonis suis, & quæ donare voluit cum dictis conditionibus, & non alias ibi = *salvo sempre, e riservato, come si e detto, a di lei favore, e de di lei Eredi, e successori &c. il speciale dominio &c. ita che niuna Persona di qualsivoglia grado, e condizione ancorche privilegiata, ò privilegiatissima, etiamsi che fosse il Tribunale della Rev. Fabrica di San Pietro di Roma possa in esso, ò sopra di esso &c. con qualsivoglia titolo in minima parte acquistare jus, ò ragione alcuna, ò incorporalia se &c.*

421 Supplicantes hic observare, quod cohærentèr ad dominii reservationem, eadem Donatrix nil aliud in hac parte prohibuit, quam acquisitionem juris circa sua Bona, quæ à libera ejus voluntate dependebat, quod non est velle, ut leges in sua dispositione locum non habeant, ut exadverso dicitur, sed potiùs est uti libertate illa, quam unusquisq; habet à jure disponendi de suis Bonis juxtà notoria principia; Contraria siquidem procedunt in terminis solemnitatum inductarum à legibus, quarum exercitium nemo potest effugere, non autem concernunt translationem dominiorum, & dispositionem rerum propriarum, ut in specie respondendo contrariis ratiociniis, & authoritatibus notat *Rodulph. in allegat.* 75. *num.* 22., *&* 23. ibi = *Non obstat igitur, quod Testator non possit adiicere conditiones juri contrarias, dùm facere non possit, quin leges, & Canones habeant locum in sua dispositione, quia regula ista procedit in dispositis, & Sancitis à legibus, seù Canonibus, respicientibus solemnitates actus, à jure publico introductas ad evitandas fraudes, non autem in adiectis per Testatorem circa traditionem, & acquisitionem dominii rei per ipsum legatæ, ut in his terminis.*

422 Cæterùm preter omnem necessitatem, & ad solum materiæ ornatum, dicimus, quod non transeunt absque difficultate ea, quæ exadverso afferuntur de limitata Testatorum facul-

facultate interdicendi ministris Rev. Fabricæ, ne se intromittant in exequutione piorum Legatorum, & in casu contraventionis, illa relinquendo aliis absque ullo onere; Imò opinio contraria est verior, communior, & validioribus fulcita rationibus, & fundamentis, ad quod demonstrandum præter punctualem authoritatem eruditissimi *de Rubeis de Testam. cap.* 83. *num.* 183. loco informationis dignentur EE. PP. recognoscere doctissimum, & fundatissimam allegationem 75. *Rodulphin.*, in qua materia per sua principia enucleatur, adducuntur contrariæ rationes, & allegantur Doctores omnes ex adverso citati, illisque congruæ dantur responsiones, quam perlegere supplicamus sub illa consideratione, quod non fuit edita ad solam causæ opportunitatem, sed animo indagandi meram, & simplicem veritatem circa quæstionem, quam meritò ancipitem vocat in principio ejusdem allegationis, asserendo *num.* 9 ibi = *contrariam tamen, præmissis non obstantibus, validioribus rationibus, & fundamentis de jure veriorem, & sequendam existimarem*, = & *num.* 21. ibi = *Ex quibus liquet, opinionem supra firmatam æquiorem, & communiorem esse, contrariis non obstantibus, nam Textus &c.*

423 Absque necessitate immorandi in odiosa comparatione inter eumdem celeberrimum Authorem, & bon. mem. Bertacchinum (quem in Condiscipulum habuisse gloriatus sum in meis *Institut. Crim. lib.* 3. *tit* 4. *num.* 89.) asserentem contrarium in ejus Voto *decis.* 161. *per tot.*, ut facit unus ex Dominis meis exadverso scribentibus semper, & ubique venerandus, advertendo, quod plurium annorum spatio in munere Auditoris laudabiliter inservivit Eminentiss., & Reverendiss. Dño meo Cardinali Spinolæ, dum notum est EE. PP., totique Curiæ, quod idem Rodulphinus per multa lustra Advocatorum munus non minus laudabiliter in Curia exercuit, itaut magnum desiderium sui reliquerit, quando sanitatis causa paulò antè mortem in Patriam se recepit, undè meritò in *decis.* 283. *num. pr. par.* 17. *recent.* nedum primi ordinis Advocatus nuncupatur, sed prælationem obtinuit in concursu *Cardinalis de Luca* ibi = *Laudum à DD. Angelo Rodulphino, & Jo: Baptista de Luca ex primi ordinis Romanæ Curiæ Advocatis latum &c.* = & *in*

 decis.

decis. 1265. num. 7. coram Emerix juniore primi nominis pariter appellatur Advocatus ibi = *ut in puncto tradit Angelus Rodulphinus annis præteritis apud nos primi nominis Advocatus*.

424 Præscindendo, inquam, à tali odiosa Personarum comparatione supplicamus unicè insistere in combinatione scripturarum, ab eisdem typis datarum juxtà *Consilium Senecæ de quatuor virtutib. cap. de Prudent.* ibi = *Non te moveat dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat, attendito* = cum quo concordat lepidissimus Poeta *Ovenn. Epigrãma* 31. ibi =

In dictis Hominum non quis considero, sed quid.

& in Epigramm. 37. ibi =

Nec tedicentis moveat reverentia, sed quid
Dixerit attendas, qua ratione probet.

425 Ex tali enim combinatione remanet manifestum, quod Bertacchinus materiam vix tetigit per quinque paragraphos, Rodulphinus verò suo more illam magistraliter pro veritate pertractavit per paragraphos 39. singillatim referendo omnes illos Authores, quorum verba leguntur in contrariis scripturis, & postmodum eis congruè respondendo, atque ostendendo insubsistentiam rationum, in quibus fundantur iidem Authores, quæve hodiè contra principalem repetitæ fuerunt.

426 A quibus solidis rationibus, & animadversionibus in angustiis positi in concreto casus nostri, Domini mei ex adverso scribentes, recurrunt ad generalitates proponentes duo consideranda; Primum quod si non recedatur à decisis, actum erit de juribus Rev. Fabricæ, eo quia Instrumentum nostræ donationis deservire poterit pro formulario in his materiis; Secundum verò, quòd brevi tempore offuscaretur puritas Regulæ, quam profitentur Fratres minores, tàm observantes, quàm Reformati, & Cappuccini, eo quià hac via de facili acquirere possent redditus tutos, & certos.

427 Sed neutra consideratio aliquam meretur animadversionem; Non prima, quia Privilegia Rev. Fabricæ amplissima sunt, & licèt non compræhendunt casus illos, in quibus possunt exequutioni demandari ab hæredibus, vel particularibus exequutoribus Defunctorum voluntates, modo ab hac Sacra Congregatione præscripto die 14. Februarii 1633.

vin-

vindicant sibi locum, & spatiosus eis remanet campus in casibus negligentiæ hæredum, Incapacitatis Legatariorum, incertitudinis relictorum, & respectu aliorum piorum legatorum, circa quæ, illorumque diversitatem, & multiplicitatem integram edidit compilationem bon. mem. Vespignanus, & de illis latè discurrunt *Maranta in suis controv. Novar. in Summ. Bullar. coment.* 56 *per tot.*, *Riccius par.* 2. *resolut* 374., *& pluribus sequent.*, *& à resolut* 416. *ead. par.* 2. *Bertacchin. vot. decis.* 119 *per totum*, *& Rocca Select. jur. interpretation. cap.* 44. *per tot.*, & alii ab his citati.

428 Minùs relevat secunda animadversio, quià in substantia omne id, quod facere possunt iidem Religiosi, restringitur ad petendam eleemosynam, & acceptandum per viam meræ gratiæ id, quod liberè volunt eis dare Defunctorum hæredes, vel piarum dispositionum Executores, & juxtà Divi Bonaventuræ consilium gratias agere de dato, & non murmurare de negato, quod an sit tutos, certosque redditus possidere, vel potiùs in spe Divinæ Providentiæ vivere, quæstuatione mediante EE. PP. determinandum relinquimus.

429 In omnem verò casum non sunt abbreviatæ manus superiorum, minusque coarctata libertas hæredum, vel Executorum Testamentariorum aliis committere executionem dictorum piorum legatorum, quando perspectis particularibus circumstantiis Conventuum, & magnæ summæ legatæ comperiunt eleemosynas talitèr ad auctas, ut eximantur Fratres à necessitate sibi victum quærendi, mediante incerta quæstuatione, ut notant *Castill. de Aliment. cap.* 5. *sub num.* 26. *vers. Præterea*, *& Amostaz. de causis piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 66., & firmavit egregiè *Rot. in decis.* 1219. *nu.* 13 *coram Emerix juniore* ibi = *Neque hoc modo offuscatur puritas regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur, non tanquam debita, sed tanquam puras, & simplices eleemosynas, neque rursus de illis sunt omninò certi, quià semper residet in prudenti, & rationabili judicio executorum, vel judicis super hoc aditi, perspectis circumstantiis eleemosynarum, atque Locorum, pias Testatorum voluntates exequendas, vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere; Imò quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si*

 com-

comperiant legata, seu eleemosynas sic adauctas, ut eximant Fratres à necessitate sibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis &c., & decis. 1326. num. 15. ibi = *Et hoc modo nedum non læditur, verùm potiùs religiosè servatur puritas eorum instituti, tolliturq; quævis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cum semper stet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstantiis, eleemosynarumque augumentis, ac respectivè decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis committere Missarum celebrationem, ut benè advertitur in præcedenti decisione.*

430 Terminantes nostram responsionem cum illa animadversione, quod agitur de dispositione clara, & cubitalibus litteris expressa à pia Donatrice, uniceque, & principaliter directa ad majorem Beatiss. Virginis cultum, Sanctorumq; ejusdem Protectorum, & Advocatorum venerationem; Undè quando etiam de summo Juris rigore aliqua considerari posset repugnantia circa executionem ejusdem donationis modo à Donante desiderato, quod non credimus, adhùc in his terminis omnis æquitas, omnisq; Justitia expostulare videtur, ut eo meliori modo, quo fieri potest, executioni demandetur, ne Fideles à similibus piis dispositionibus retrahantur per ea, quæ ad rem considerat *Rot. in decis. 847. nu. 3. coram Seraphin., & decis. 685. num. 5. coram Cerro, & decis. 258. num. 23., & 24. par. 7. recent.* præcipuè quià maximum præcipuumque Rev. Fabricæ munus est, totis viribus curare, ut piæ morientium voluntates custodiantur, ac inviolabiliter observentur.

Quarè &c.

Dominicus Ursaya Adv.
Michael Fabius.

Infor.

Informatio distributa coram S.C. Rev. Fabricæ ad Instantiam Hæredis, contra RR PP. de Observantia, & Commissarium ejusdem R. Fabricæ.

Imolen. Legati, seu Donationis.

431 EMinentissime, & Reverendiss. Domine. Anno 1704. In Instrumento Donationis Anna Maria Quaini declaravit ejus intentionem esse, quod in parva Ecclesia Beatæ Virginis nuncupat. *delle Gratie*, & existen. sub dominio, & gubernio Conventus PP. Reformatorum S. Francisci de Observantia Civitatis Imolæ, continuò retineri deberet lampas accensa ante Imaginem ipsius Beatiss. Virginis, ibique singulo die celebrari una Missa, necnon annuatim solemnizari festivitates Sanctiss. Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Præsentationis, & Assumptionis; Et insuper, quod in Ecclesia Magna eorumdem PP. de Observantia in diebus festivis SS. Vincentii Ferrerii, Antonii de Padua, Josephi, & Annæ septem Missæ in qualibet ex ipsis festivitatibus celebrarentur, ut ex tenore Instrumenti ferè per extensum dati *in præterito Summario PP. Reformatorum num. pr. litt. A.*

432 Pro adimplendis autem hujusmodi oneribus in eodem Instrumento declaravit assignare velle aliquod Capitale, ut ex fructibus illa explerentur, prout assignavit Capitalia Censuum in scutis 1200 Syndico ipsorum PP. de Observantia eum constituendo Administratorem, & Exactorem ad effectum fructus exactos distribuendi eisdem Religiosis pro celebratione Missarum, & solemnizatione festivitatum, de quibus suprà, *dicto Summario num. primo littera B. circà finem.*

433 Quia verò hæc fœmina Donatrix informata erat de incapacitate supradictorum Patrum aliquid certum possidendi, & non obstante, quod assignationem Capitalium fecisset eorum Syndico tamquàm Administratori, & non tamquàm Syndico ipsorum, adhùc vehementer dubitabat, quod

quod posset Rev. Fabrica habere aliquod Jus in casu incapacitatis, seu donationis non benè factæ per hunc modum, idcircò se cauthelavit per mille protestationes, & declarationes, per quas voluit in tali casu Capitalia remanere apud se, ejusque hæredes, & donationem haberi pro non facta.

434 Et primo quia dixit se determinasse facere assignamentum Capitalis, ibi = *Salve nel principio, mezzo, e fine del presente Instromento le conditioni, proteste, e riserve, che in appresso si diranno, & signanter salvo à di lei favore il special dominio, & hypotheca, e non altrimenti, come a basso si dirà.*

435 Secundò, quod tales conditiones adjectas ità firmas esse voluit, ut non aliter vellet facere assignamentum, quàm si illæ adimplerentur, ibi = *Hà per il presente Instromento di donatione &c. quandò però restino adempite le infrascritte conditioni, e non altrimenti determinato fare un' assegnamento di Capitale.*

436 Tertiò repetiit de novo easdem reservationes, & conditiones etiam contrà Tribunal Rev. Fabricæ, ibi = *Salvo sempre, e riservato come si è detto a di lei favore, e de' di lei Eredi, e Successori nel principio, mezzo, e fine, & in ciascuna parte del presente Instromento il speciale dominio, & hipoteca sopra gli infrascritti Capitali, e loro frutti &c. ità, che niuna persona di qualsivoglia grado &c. etiamsi, che fosse il Tribunale della Rev. Fabrica di S. Pietro di Roma possa in essi, e sopra di essi &c con qualsivoglia titolo in minima parte acquistarvi jus, ò ragione alcuna, ò incorporarli a se.*

437 Quartò non contenta his expressionibus adiecit aliam majorem, & prægnatissimam, ibi = *Senza le quali cose tutte la detta Sig. Ferrieri si protesta, che non solo sarebbe in questa forma venuta in sentimento di procurare l'augumento della Beatiss Vergine, e de' prenominati di lei Santi Avvocati, e Protettori, ma tampoco sarebbe venuta alla stipulazione del presente Instromento, quale vuole, e si protesta volere, che più tosto in tutto perisca &c.*

438 Quintò præviis his declarationibus, postquàm devenit ad assignationem Capitalium supradictorum Censuum de novo reprotestavit in hunc modum, ibi = *Il dominio de' quali Capitali, e loro frutti &c. dichiara, e solennemente si pro-*

protesta, che nè adesso, nè mai s'intenda transferito a detto Amministratore, ò Donatarii, ne tanpoco abdicato a se &c. quando la Rev. Fabrica, è di lei Ministri pro tempore potesse aliquo, ò sotto qualsivoglia altro titolo, ò Privilegio avervi jus &c. ma sempre appresso di se, e suoi Eredi &c. restino, e siano detti Capitali &c. e loro frutti, e pieno dominio di essi &c. come cosa sua propria, e come legitima Padrona di essi &c. come se la presente donazione, & assegnazione non fosse fatta.

439 Sextò ipsam assignationem factam Syndico tamquàm Administratori suspendit conditione suspensiva, ibi = *Ità, che l'accettazione, che si fa dal detto Sig Bonoli primo Amministratore solo sussista, quando le cose predette abbiano da sortire il loro plenario effetto, e non già per servire di mezzo alla detta Rev. Fabrica per impossessarsi di detti capitali, e loro frutti, poichè, quando altrimente dovesse seguire la presente donazione come sopra si è detto in totum corruat, e si consideri, come non fatta, e resti alla detta Signora, e di lei Eredi, e Successori.*

440 Septimò usque ad nauseam iterùm expressit = *Si protesta, e riprotesta come sopra volere, che tal dominio, & hipoteca resti à se, e suoi &c. specialmente riservato, e riservata come roba propria per disporne, come le parerà &c. ità quod nullius, & de quo &c. presente detto Sig. Bonoli, che come primo Amministratore &c. acconsente à tutte le riserve &c.*

441 Octavò adiecit pactum resolutivum, ibi = *Altrimenti mancandosi di ciò fare sarà lecito alla detta Sig. Ferrieri, e di lei &c. haver il regresso a di lei Capitali, e frutti decorsi, e non esatti de fatto, e di propria autorità.*

442 Nonò demùm meliùs explicando pactum resolutivum adiunxit = *Sii ipso facto acquisito jus a gli Eredi di detta Sig Ferrieri in virtù della riserva del proprio dominio &c.* = addendo ulteriùs, quod omnia rata habebat, & firma volebat, quando conditiones omnes adimplerentur, ibi = *Quando habbino la sua sossistenza, e durabilità, altrimenti resti consolidato il frutto con la proprietà a loro favore così per patto &c. & in modo tale, che nunc pro tunc la presente donazione, & assegnazione si abbia per fatta a favore di detti Eredi.*

443 His non obstantibus anno proximè elapso Procurator Fiscalis Rev. Fabricæ in Provincia Romandiolæ allegando Patres Refor-

Reformatos de Observantia esse incapaces habendi hujusmodi Capitalia per Donatricem, ut suprà assignata Syndico, habito respectù ad fructus certos, & fixos, citavit eumdem Syndicum pro facienda applicatione ad Fabricam, & Commissarius de partibus mandavit applicari, reservato tamen oraculo hujus Sacræ Congregationis, *nostro præterito Summ. num.* 2.

444 In hac igitur Sacra Congregatione triangularis fuit controversia inter Ministros Fabricæ, Patres Reformatos, necnon Dñm Philippum Quainum hæredem Annæ Mariæ Donatricis primis allegantibus incapacitatem Patrum, istis prætendentibus se esse capaces hujusmodi donationis, hærede autem prædicto substinente ad exclusionem utriusq; Collitigantis Census donatos ad se pertinere, & disputata Causa sub die 16. Martii proximè præteriti resolutum fuit = *Non intrare Privilegia Rev. Fabricæ*, = quod rescriptum, cum rem indecisam relinquat inter hæredem, & Patres Reformatos, nec acquiescat Procurator Fiscalis Rev. Fabricæ, idcircô in hodierna repropositione respondendum speratur = *In decisis, & Capitalia Censuum spectare ad Hæredem*. =

445 Et discurrendo separatìm quoad prætensionem PP. Reformatorum substinendi validitatem donationis, credimus ipsos fovere rem desperatam, quoniam cum controversa donatio aliud non fit, quàm assignatio annui redditus facta Patribus Adversariis pro celebratione Missarum ipso jure nulla remanet ob eorum incapacitatem obstante Regula Seraphici Instituti volentis ejus Fratres habere non posse eleemosynas certas, & perpetuas tamquàm annuos redditus repugnantes arctissimæ paupertati, in qua Fratres stare debent, & toti pendere a Providentia Divina, & eleemosynis incertis, ad notum *Textum in Clementin. Exivi de verborum significat.*, *Fagnan. in cap. nimis prava num.* 31. *usque ad* 49. *de excess. prælator.*, *Marant. controvers. lib. pr. respons.* 41. *num.* 70., & plenè *in Turritana Eleemosynarum, seù Legatorum decis.* 1219. *&* 1326. *utrobiquè num.* 8. *coram Emerix junior.*

446 Non relevante, quod assignatio Capitalium collata fuerit in Syndicum, non tanquam Syndicum; Nàm talis cauthela nihil

nihil juvat, quia semper Eleemosynæ sunt certæ, sive Capitalia remaneant apud unum, vel apud alium, dùm iste fructus solvere tenetur Religiosis pro celebratione Missarum, ac etiam, quia indirectè permitti non debet, quod directè est prohibitum, ut firmat *Rot coram Emerix junior. dicta decis.* 1326., repetit. apud *Piton. discept. ecclesiast.* 2. *num.* 48. *versic. non possunt Fratres.*

447 Et posita hujusmodi incapacitate, clara est consequentia, quod bona donata revertuntur ipso jure ad hæredes tamquàm hæreditaria, & in causam caduci, ad *Textum in leg. post legatum* 5. *versic. de eo verò, ff. de his, quibus ut indignis, Vasqu. controvers. illustr. lib.* 3. *cap.* 102. *num.* 3., *Farinacc. in prax. criminal. quæst.* 25. *num.* 139., & latè probat *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 52. *num. pr.*, & *cap.* 9 *quæst.* 9. *nu.* 35. & 39. *cum seqq.*

448 Neque hìc intrare possunt Privilegia Rev. Fabricæ, quoniam Donataria expressissimis verbis usq; ad tædium protestata, & reprotestata fuit donare velle sub conditione, quatenùs nempè donatio facta per hunc modum posset effectum sortiri, aliàs in casu contrario noluit in ea plùs aliquod habere posse Rev. Fabricam, sed propter reservationem dominii factam in principio, medio, & fine donationis voluit usumfructum consolidari cum proprietate, & donationem reverti ad hæredes; perindè ac si facta non fuisset, quæ voluntas cum sit clara, non potest per Rev. Fabricam violari, cum ejus Privilegia non sint talia, quæ derogare possint Legi fundationis, & voluntati Piorum Benefactorum, qui Legem rei suæ dixerunt, ut in puncto donationis conditionalis factæ ad favorem Ecclesiæ est optimus *Textus in cap. verùm de condit. apposit.* ibi = *Verùm cum alicui Ecclesiæ possessio quælibet interposita conditione donatur, à Donatore donum posteà revocari non potest nisi fortè tali sit conditione collatum, quod ea cessante debeat revocari,* = ubi *Barbos. num.* 2., *Joseph Ludovic. decis. Perusin.* 93. *nu.* 43., *Rot. coram Coccin. decis.* 1799. *num.* 3., & *seqq.*

449 Non subsistente, quod assignatio Capitalium ad favorem Sindici, & Patrum facta fuerit cum clausulis translativis Dominii, & possessionis, & sic videatur donatio libera, & perfecta, quoniam hoc esset inferre violentiam litteræ,

quando

quando antè assignationem Donatrix reservavit sibi, suisquè hæredibus speciale Dominium cum clausula, *e non altrimente* ibi = *salve nel principio, mezzo, e fine del presente Instromento le conditioni, proteste, e riserve, e signantèr salvo il special Dominio, e non altrimenti &c. quando però restino adempite l'infrascritte condizioni, e non altrimente*, = & rursùs magis clarè repetiit infrà ibi = *solennemente si protesta, che ne adesso, ne mai s'intenda transferito à detti Amministratori, ò Donatarii, nè tampoco abdicato a sè* = quo casu dicitur facta donatio conditione suspensiva retento semper Dominio, cujus ratione non adimpletis conditionibus, quod donatio subsistere possit, actus reducitur ad non actum, & perindè habetur, ac si nunquam donatio facta fuisset, ut generalitèr firmant *Rot. cor. Cerro decis.* 925. *nu.* 1., *& in recent. decis.* 95. *num.* 6. *part.* 17., *& decis.* 213. *num.* 5. *cum seqq. part.* 19, *Card. de Luc. de pension. discurs.* 77. *nu.* 3., & in præcisis terminis idem *Card. de Luc. de donat. discurs.* 12. *nu.* 5., *& seqq.*, *Rot. decis.* 107. *num.* 1. *cum seqq par.* 12. *rec.*

450 Evidentiùs autem ex illis verbis, = *quando habbino la sua sussistenza, e durabilità, altrimente resti consolidato il frutto con la proprietà in loro favore così per patto &c., & in modo tale*, che nunc pro tunc *la presente donazione, & assegnazione si abbia per fatta a favore di detti Eredi*, = quæ magis præcisa esse non valent ad ostendendum, quod nullum jus unquam fuit quæsitum Patribus Donatariis super Dominio, sed hoc semper fuit retentum, ut in casu, de quo agitur consolidaretur cum eo usufructus ad favorem hæredum perindè, ac si ab initio, seù nunc pro tunc donatum fuisset, ut in puncto *Ridolphin. allegat.* 75 *nu.* 12. ubi agendo de Privilegiis fabricæ hæc ait = *Insuper nimis regulare est, quod Legatum etiam Pium sub aliqua conditione factum conditione non impleta evanescit, nec debetur*, = & inferiùs subjungit Privilegia Rev. Fabricæ non habere locum contra voluntatem Testatoris, ut *num* 11. ibi = *Cum certum sit, quod auctoritas, seù facultas Episcoporum, & Fabricæ non habent locum contra voluntatem Testatoris, Testator enim potest de bonis suis, eo modo quo vult liberè disponere, non solùm quoad privatos, sed etiam quoad Deum, & Sanctos, conditionalitèr legando sub revocatione in casum contrarium.*

Clau-

451 Clausulæ verò translativæ Dominii, & possessionis nihil alterant dispositivam principalem donationis, sed ejus naturam assumunt, & intelliguntur sub iisdem conditionibus in dispositiva expressis, quod nempè Dominium, & possessio transferatur, si & quatenus conditiones adimpleantur, & disposita subsistant eo modo, quo facta fuerunt, ibi = *quando abbino la sua sussistenza, e durabilità*, & rursùs ibi = *quando però restano adempite le infrascritte conditioni, e non altrimente*, & inferiùs = *solo sussista quando le cose predette abbiano da sortire il loro plenario effetto*, = ut in terminis hujusmodi clausularum, quæ tamquàm accessoriæ induunt naturam dispositivæ principalis passim firmavit *Rot. coram Comitulo decis. 54. num. 7. & 8*, *& coram Emerix junior. decis.* 190. *num.* 10., *& in recent. decis.* 251. *num.* 10., *& seqq.*, *& decis.* 296. *num.* 6. *&* 7., *& decis.* 458. *num.* 5. *part.* 19.

452 Hinc cessat prætensa incompatibilitas, quod non potuerit remanere Dominium penès Donantem, ejusquè hæredes, quando fuit translatum in Syndicum Patrum Reformatorum, quia cum translatio facta fuerit retento themate conditionum superiùs expressarum, si & quatenus posset habere effectum de jure, & fratres non essent incapaces nulla adest incompatibilitas, quià dicitur retentum Dominium in casu incapacitatis, solumquè translatum in casu capacitatis, undè cum non sit purificata conditio capacitatis, Dominium nunquam fuit abdicatum, sed remansit penès hæredem, una cum consolidatione ususfructus in hoc casu volita per Donatricem juxtà Doctrinam *Bartol in leg. 3. nu. 7. versic. Quæro quid in reb. eccles. Cod. de pignor.*, *Butr. in cap. uerum num.* 12 *circà finem uersic. sed an pactum de for. compet.*, *Soccin. Senior. cons.* 67. *nu.* 3. *circà finem lib.* 1., *Gratian. discept.* 220. *nu.* 8., *Ridolph. d. alleg.* 75. *nu.* 10.

453 Quamvis in casu isto superfluum sit quærere, an donatio fuerit conditionalis, & absq; translatione Dominii, prout talis fuit, ea ratione, quod demùs etiam per malissimam hypothesim fuisse translatum dominium, adhuc non sequeretur intrare posse privilegia Fabricæ, quæ nunquam intelligi potest substituta, quoties lex fundationis alium dedit substitutum ad exclusionem Fabricæ volendo, quod

ista

ista nunquàm; & in nullo casu jus haberet; & in casu ejus molestiarum substituit suos hæredes ibi = *quando la Reuer. Fabrica &c. potesse &c. hauerui jus, &c., ma sempre appresso di sè suoi heredi, restino, e siino detti Capitali &c. come se la presente donazione non fosse fatta &c. solo sussista quando le cose predette abbino da sortire il loro plenario effetto, e non già per seruire di mezzo alla Reu. Fabrica per impossessarsi &c. poichè quando altrimente douesse seguire la presente donazione come sopra &c. si consideri come non fatta, e resti alla detta Signora, e di lei Heredi, e Successori* = dùm ergò in casu incapacitatis fratrum Donatrix substituit se, & suos hæredes impossibile est, quod possit intrare Fabrica, cujus facultates non possunt extendi ad hanc extravagantiam, quod frangere valeant leges adiectas in limine fundationum, violando pacta, & dando exemplum Laicis se se retrahendi ab Operibus Piis, ut in terminis tradunt, *Rubeus de testament. cap.* 83. *num.* 180. 183., *&* 184., *& cap.* 85. *num.* 47. *cum duobus seqq. Genuen. in pract. ecclesiast. quæst.* 526. *nu. unico*, & præcisè *Card. de Luc. de testam. discurs.* 45. *nu.* 9. *Ridolphin. dicta allegat.* 75. *num.* 11.

454 Et vana est responsio, quod hujusmodi pacta, & leges præsumantur in odium Rev. Fabricæ, quoniam si vera foret hujusmodi conclusio actum esset de conditionibus fundatorum, & nemo esset Dominus legem rei suæ dicere in donatione facta Ecclesiæ, quià semper omnis conditio tollens Ecclesiæ donationem, seù revocatoria donationis, diceretur in odium illius, adeò ut violaretur jus naturale permittens unicuique adiicere pacta sibi benevisa, & jubens pacta servari, ideoquè tale odium nunquam allegari posse prefertim in Christiano, & Catholico, qui pro salute Animæ propriæ suum patrimonium exhaurit in Operibus Piis, in puncto contra Fabricam respondit *Ridolphin. dict. allegat.* 75. *num.* 26., *&* 27. ibi = *quià regularitèr odium in Testatoris dispositione non præsumitur, sed potiùs voluisse ad ejus liberam uoluntatem de bonis suis disponere &c. maximè in Christiano, & Catholico fauore Ecclesiæ sic Pie pro salute Animæ propriæ legantis* = & generalitèr *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 39. *num.* 43., *Cyriac. controuers.* 405. *num.* 52., *Carocc. decis.* 46. *nu.* 18., *Pignatell. consult.* 143. *num.* 34. *tom.* 9.

Et

455 Et ratio est evidens, quià privilegia Rev. Fabricæ sunt instituta ad effectum adjuvandi mentem Fundatorum, utque eorum disposita adimpleantur, quando autem supponimus Fundatorem prohibuisse, quod Fabrica manus apponat, suosquè substituit, ac prædilexit hæredes, nunquam Fabrica intrare potest, quià cessat finis, ad quem ejus facultates sunt directæ, & inapplicabiles remanent termini dispositionis factæ in odium, quià privilegium non confertur in invitum, & unusquisq; præsumitur uti jure suo circà leges adjectas, non autem exercere odium, aut malignitatem respectu Fabricæ, quæ venit juxtà mentem, & non contra mentem Fundatorum *Gloss. in can. absit in uerb si ueftrum* 11. *quæst.* 3., *Aretin consil.* 23. *num.* 10., *Roman. consil.* 343. *num* 9. cum aliis apud *Pignatell. consult.* 143 *num.* 34. *in fine tom.* 9.

456 Ex quo patet responsio ad praxim Rever. Fabricæ, ejusquè Commissariorum in apponendo manus pro executione Legatorum Piorum, etiamsi Testator prohibuerit, quod non possit se in illis ingerere hoc enim respicit diversissimum casum quando scilicet Testator supponit, quod hæredes adimplere debeant, quod jussit, & prohibet Fabricæ, ne se ingerat, tunc enim si hæres infideliter se gerendo mandata defuncti non adimpleat iste casus negligentiæ dicitur omissus à Testatore, & remanet sub dispositione juris, nec propterea si Fabrica se ingerat dicitur violata mens Testatoris, sed potiùs Fabrica juxtà præsumptam ejus mentem procedit supplendo casum omissum, ut in puncto, quod prohibitio se ingerendi quoad Ordinarium adiecta per Testatorem, quod locum non habeat quando adest negligentia hæredis, tamquàm in casu omisso firmat *Rot. coram Seraphin. decis.* 611. *num* 6. *Rub. de testam. cap.* 88 *num.* 173. *cum plur. seqq.*, *& cap.* 90. *num.* 320., *Piton. discept. eccles.* 25. *sub num.* 15. *uersic. Quamuis crederem.*

457 Minùs adversantur resolutiones hujus Sacr. Congregationis, quæ datæ fuerunt per Scribentes pro Fabrica in calce eorum præteriti restrictus, etenim tàm istæ, quàm aliæ similes, quæ possunt allegari sunt in terminis Legati puri, & perfecti, non autem conditionalis, & facti cum retentione Dominii, nec non pacto resolutivo aliisque legibus,

quæ in caſu iſto concurrunt, & proindè erroneum eſt in hujuſmodi reſolutionibus procedere indiſtinctè de caſu ad caſum, ut ponderat *Cardin de Luc. in annotat. ad Concil. diſcurſ. 1. num. 11., Pignatell conſult. canonic. tom. 1. conſult. 1. num. 18., & tom. 3. conſult. 2. num. 11. Piton. diſcept. eccleſ. 50. num. 19.*

458 Et ulteriùs hujuſmodi reſolutiones concernunt executionem Legatorum Piorum in caſu negligentiæ hæredum, & ſic in caſu omiſſo, adjuvando mentem Teſtatoris, qui non congruit themati noſtro ultrà quod altera ex reſolutionibus nempè in Melevitana 23. Martii 1689. nihil firmat ad effectum, de quo agitur, ſed solùm Sacra Congregatio ordinavit, quod *quatenus rei Conuenti vellent ipſius votum, præfigeretur eis congruus terminus ad deducendum quicquid volunt, & intendunt eamdem Congregationem informando, ſin minùs cauſa per appellationem ad Curiam in ſecunda inſtantia juxtà ſtylum devolvatur*.

459 Et ſic nulla datur reſolutio, quæ percutiat terminos noſtros donationis conditionalis cum reſervatione Dominii, aliiſque Legibus, ut ſuprà, in quibus terminis non eſt exemplum, quod poſſit allegari.

Quarè &c.

F. M. Pitonius Advoc. X Joſeph Sabatani.

460 REdeundo ad materiam incapacitatis Legatorum conſiderandum reſtat, quod etſi Religioſi Divi Franciſci dicantur reſpectivè incapaces quia non habent jus petendi legata in judicio, attamen nõ per hoc dicuntur ſimpliciter, & abſolutè incapaces, quin legata tuta conſcientia, & ex omni jure per viam eleemoſinæ poſſint illa recipere. Undè quando Teſtator in caſum incapacitatis ſubſtitueret aliquam aliam perſonam in Legato, iſtud non caducaretur ad favorem ſubſtituti, ex quo in rei veritate ſi adeſt capacitas in Religioſis recipiendi legata per viam eleemoſinæ iſta ſufficit pro validitate legati, & ad excludendam conditionem in caſum incapacitatis, uti in caſu identicæ quæſtionis legati Pinti habemus caſum deciſum per S. Congregationem Rev. Fabricæ ſuperiùs adductam, & amplexam per doctiſſ. D. Petrum Marcellinum Corradinum, qui

qui post munus Advocati integerrimè, & doctissimè in hac Romana Curia perfectum meritò reperitur assumptus ad ministerium Auditoris Sanctiss., & coram quo PP. Theresiani petiebant Signaturam Gratiæ ad effectum obtinendi commissionem appellationis adversus resoluta per Sacr. Congregationem Rev. Fabricæ, & quæ per dictum Dñm Auditorem fuit denegata sub die 14. Martii 1708.

461 Motivum amplexum pro denegatione commissionis fuit ex quo posita capacitate in PP. Mendicantibus recipiendi legata annua per viam eleemosynæ, si Testator, vocaverit substitutum in casum incapacitatis, non venit incapacitas referenda ad illam resultantem à contumacia hæredis nolentis solvere, quia si ad istam referretur penderet à voluntate hæredis colludendi testatoris voluntatem, itaut ad effectum verificandi illam sufficit, ut Mendicantes possint legatum recipere, & sic in casu legati per Fabritium Pinto, facti de diurna pittantia difficultas vagabatur extrà punctum, nam ipsemet Testator in suo Testamento asseruit PP. Mendicantes fuisse capaces legati per viam eleemosynæ allegando DD. in eodem Testamento, itaut extranea declarata fuit interpretatio Testatoris de qua capacitate voluerit intelligere cum apertè ejus animum declaraverit, circà capacitatem ratione eleemosynæ quem etiamsi non declaraverit recurrendum esset ad dispositа de jure quibus semper Testator in dubio voluit se uniformare, & concludendum, quod posita inevitabili obligatione hæredis de adimplendo quolibet legato, & capacitate in Mendicantibus de illo recipiendo sit pro adimplemento legati decidendum, uti firmatum fuit suprà cum resolutione S. C. Concilii relata per R. P. d. Vincentium Petra, qui post Munus votantis Signaturæ Justitiæ, & Locumtenentis A. C maxima cum laude, ac morum, & virtutis præstantia absolutum fuit à feliciter regnante Clemente XI. ad Secretaria munus S. C. Concilii assumtus, & in quo laudabiliter reperitur numquam immunis à legali labore me teste ex quo per multos annos addictus fui illius studiis dum præfatum munus votantis Signaturæ, & Locumtenentis A. C. absolvebat in *tom. 2. Com. ad const. Apost. Honory 3. sect. 4 num. 48. & fuit firmatum §. 2. num. 146. cum seq.*

§. III.

Decretum Rev. Fabricæ quomodo veniat exequendum, & in praxi observandum.

462 CUm *Sepius &c.* Quamvis adsint DD. tenentes Executionem Piorum Legatorum esse mixti fori, itaut illa spectare possit ad utrumque Judicem sæcularem, & ecclesiasticum, inter quos *Fontanell. decis.* 288. *&* 289., *Autunez Portugal. de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 57., *& sequen. Ciarlin. cont.* 21. *num.* 10. *Fagundez de just. & contract. lib.* 6. *cap.* 4. *per tot.*, *& Diana part.* 7. *tract.* 6. *resolut.* 32. quando alias *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 99. tenuerit de Jure Canonico executionem spectare privativè ad Episcopos, attamen uti inutili relicta hac quæstione certum est, quod de jure quilibet Episcopus, aut alius Ordinarii facultates habens sit executor piarum dispositionum, & optima ratione ne animæ defunctorum remaneant defraudatæ piis dispositionibus, quæ fuerunt per ipsos in testamentis relictæ, itaut hujusmodi elogia morientium reputari debeant ad instar legum, ex quo quilibet homo moriens in suo testamento tamquam Imperator leges condere possit ex *§. disponat auth de nuptiis*, *Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib* 5. *dub.* 2 *num* 68. adeoque nil magis cordi hæredum, & executorum testamentariorum debet esse, quam ut piæ morientium dispositiones punctualiter executioni demandentur ex traditis in *l.* 1. *Cod. de Sacros. Eccl. & per Rotam decis.* 297. *nu.* 8. *coram Royas*, & de tali dispositione juris quoad executionem piarum dispositionum residentem in facultatibus Ordinariorum veritas sit inconcussa, ex *cap. tua nobis de testam. ubi Fagnan.* & expressè dicat sanct. mem. Alexander VII. in sua const. 8. incipient. *Superni* edita 30. Augusti 1655 §. *Quod si ob moram*, & in alia incipient. Decret. emanat. 16. Novemb. 1660. ibi *volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commissarii, & Ministri Fabricæ in casibus in quibus alias præmissorum executio de jure devoluitur.*

Attamen, in statu Ecclesiastico, Urbe, & Regno Neapolitano, in quo Tribunal Fabricæ receptum fuit executio talium dispositionum juxtà facultates à Summis Pontificibus

cibus

cibus concessas absque ulla controversia spectat ad idem Tribunal uti quamplurima ad propositum afferendo firmat *Emin. de Luca in relat. Cur. Rom disc.* 20. *de fideicom. disc.* 108. *& de regular. disc.* 63. *de Testam. disc.* 23. *&* 92. *num.* 2. ubi de stylo, & benignitate tanti supremi Tribunalis quamplurima expenduntur, & commendantur, & *delegatis disc.* 27. *num.* 3. ubi quod Fabrica cumulativè sit subrogata loco ordinariorum, & ubi allegantur *Rovit. in pragm.* 1. *de legat. piis, Capyc. Latr. decis.* 180. *lib.* 2. *& Rota decis.* 212. *cor. Cavaler.*

464 Ob quam rem cum pluries ortæ fuerint controversiæ in dicto Tribunali super annuis legatis relictis Fratr. Sanct. Francisci, & opiniones DD. fuerint super illis variæ, ideo Sac. Congregatio Rev. Fabricæ devenit ad sanctissimam promulgationem præfati Decreti, quod stante approbatione facta per sanct. mem. Urbanum VIII. vim legis habet, obligantis in utroque foro ex adductis per *Lezanam in sum. tom.* 3. *vers. Sacra Congregatio nu.* 15. *Pignatel in consult. tom.* 9. *consult.* 174. *nu.* 8. *Passarin. de stat. homin. tom* 2. *quæst.* 187. *art.* 1. *nu.* 447. *Monacel. in formul. legal. tit.* 9. *form.* 3 *nu.* 3. *Garz. in præfat. ad tract. de Benef. Bos. in tract. de triplic. jubil. privil. sect.* 3. *cas.* 2. §. 7. *Roderic. tom.* 1. *qq. regul. quæst.* 11. *art.* 2. & latè DD. congesti per *Cirill. de morient. eleemosynis casu altero* §. 2. *num.* 112. *cum sequen.*

465 Præfatumque Decretum loquitur indefinitè de quibuscumque legatis, tàm factis de tempore quo Decretum promulgatum fuit, quàm de aliis successivè faciendis, vel cum onere Missarum, Officiorum, aut alterius oneris sivè gratis, sivè alio quocumque modo, itaut dispositio, uti generalis comprehendere videatur quæcumq; legata quomodocumque facta absque ulla distinctione juxta commune axioma, quod leges generaliter loquentes generaliter veniant intelligendæ *Card. de Luca de præem. disc.* 53. *nu.* 6., & quod ubi lex non distinguit neque nos distinguere debemus ex *l. de prætio ff. de publiciana in rem act. & ex l. non distinguemus ff. de receptis arbitris, l. præces ff. de offic. Præsid. l.* 2. § *convenire ff. de judic. l. in fraudem* § *ultimo Cod. de testam. milit. & l.* 1. *ff. de Aleat. Diana p* 4. *tract.* 4. *miscell. resolut.* 243. *& p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 5. §. *ad* 2. *argum. Sanchez de matr. lib.* 2. *disp.* 22. *num.* 5. idem *Cirill. cit. art.* 1. §. 4. *num.* 6., *& casu* 1. §. 1. *num.* 15.

466 *Prætendente Ven. Fabrica*. Motivum à quo Rever. Fabrica juxta suas facultates prætendebat applieationem horum legatorum unicè desumebatur ab incapacitate dictorum Fratrum possidendi hujusmodi legata attenta strictissima paupertate, quam ipsi ex Regulæ præcepto profitentur, ac attentis S. Constitutionibus desuper emanatis, itaut cum nota esset F. Minorum incapacitas de plano videbatur intrare potuisse decisio circà legatorum applicationem ad favorem dictæ Rev. Fabricæ juxta suas notorias facultates superiùs recensitas de quibus d. *Card. de Luca de regul. disc.* 35. *sub num.* 17. *&* *disc.* 63. *num.* 4., ac Sacras Constit. Sanctiss. Alexandri IV & Alexan. VII. adductas per *Lucam Vading. tom.* 2. *Annal. in regest Pontificum Bulla* 86. *& per dict. Cirill. art* 3. §. 4. *num.* 21. *cum seqq.*

467 Verùm quia prædicti Religiosi allegabant hujusmodi incapacitatem esse restrictam ad consequendas hæreditates, & ad possidendum bona ipsis interdicta ex dispositione Regulæ, secus verò ad consequenda annua legata, quæ tuta conscientia poterant recipi ab ipsis, mediante satisfactione facienda per hæredes ex sua libera voluntate, & liberalitate juxtà *Filliucium tom.* 2. *tract.* 34. *cap.* 2. *num.* 28. & alios DD. recensitos per *dict. Cirill. de morient. eleemos. art.* 1. *§.* 10. *num.* 7. *&* 8., & sententiam Divi Bonaventuræ, & Decreta S. Congreg. præposita consultationibus Fratrum Minorum de observantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ, meritò ad tollenda hujusmodi æquivoca, & controversias devenit ad promulgationem præfati Decreti.

468 Sententia verò S. Bonaventuræ resultat à libro 2. opusculorum in libello Apologetico, & in Expositione Regulæ cap. 4. propè finem, cujus verba transcribit Pisonius in sua Elaboratissima, & doctissima discept. 2. num. 128., & 129. Et consistit in eo, quod circà possessionem proventuum, redituum, possessionum, vinearum, & agrorum jus omne censetur ex Regula interdictum, verùm quod possent hujusmodi bona recipere pro præsentibus necessitatibus pro solvendis debitis, & aliis necessariis procurandis, & cum aliis moderaminibus per dictum Sanctum insinuatis, quæ perfectam, & strictissimam mendicitatis, & paupertatis Regulam illibatam conservant, quæ opinio tanti San-

Sanctissimi Doctoris venit adoranda, & in suis propriis locis videnda, prout illam venerati fuerunt omnes DD., qui in hac materia scripserunt relati ad propositum per *Rotam in Turritana eleemosinarum impressa in decisionibus post Card. de Luca de legat. decis. pr., & sec. secundum impress. Lugdunen. per dict. Pitonium in dict. discept. 2. & int. de. is. bon. mem. R. P. D. Emerix in decis.* 1219., & 1326., & latè de dicta opinione dixit *cit. Cirill art.* 1. § 5. *num.* 7. § 15. *num.* 12. §. 19. *num.* 3. §. 21. *num.* 1. § 33. *num.* 6 & 9. & *art* 2 §. 3. *num.* 17. ibi trascribitur opinio D. Bonaventuræ cum solita protestationis formula per eundem S. insinuata, & extensa per P. Antonium Palumbo de Campobasso in famil. Regul. part. 2. pag. 161. P. Lantusc. in Theat. Regul. V. Bona Temporal. num. 3. formula, & tenor.

469 *Nos P. Fr. N. Guardianus Conuentus* 2. *&c. Dicimus ad nostram notitiam peruenisse quod N. certam eleemosynam huic Conuentui perpetuò distribuendam perpetuò gratis, vel pro aliquibus Missis, & Officiis celebrandis legauit, cumque legata hujusmodi nisi per simplicem eleemosinam ex nostra Regula nobis acceptare non liceat per præsentes protestamur in Domino, quod legatum prædictum tamquam incapaces ex vi juris legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres, aut executor testamentarius dictam quantitatem per modum simplicis eleemosinæ omni obligatione civili, vel politica cessantibus nobis liberè, idest nullo jure civili cogente, vel obligatione in foro fori conferre voluerit liberè nobis illam simpliciter accipiemus, & piæ testatoris voluntati quantum in nobis fuerit plenè, & fideliter satisfaciemus &c. die &c. anno &c. N. Guardianus &c. NN. Discretus &c.*

470 Decreta verò publicata in dicta S. Congregatione deputata super Consultationibus Minorum Cismontanæ Familiæ, sub die 14 Junii 1628. cum aliis emanatis die 9 Septembris 1628. reperiuntur impressa penès *Fagnan. in cap. nimis prava de excessu Prælatorum, Cirillum de morientium eleemosynis post ejus tractat. num.* 47. & *seqq. Matthеuc. in official. cur. tom.* 2. *cap.* 9.

471 Super quibus decretis advertendum est, quod si reperiretur aliquid dispositum in hujusmodi decretis, quod videretur prima facie contrarium huic posteriori decreto R. Fabricæ anni 1633. illud esset amplectendum cum moderatione, &

intelligentia in eodem declarata, in quo res fuit maturè discussa, tum ea ratione, quia decreta uti posteriora sunt præferenda prioribus ex deductis per *Rotam decis.* 495. *nu. pr. coram R P. D. Emerix juniore*. Tum quia sanct. mem. Urbanus VIII. de anno 1637. demandavit Breve confirmatorium decisionum emanatarum super negotiis, dictorum Minorum Familiæ Ultramontanæ post dictum annum 1628. quod Breve est conforme dicto decreto anni 1633. uti colligi poterit ab eodem impresso penès eumdem *Pitonium loc cit. num.* 58 *fol.* 32., quæ decreta uti posteriora, vel decernant contrarium, vel resoluta declarent veniunt attendenda sicuti lex, vel statutum præcedens derogatum censeatur per statutum posteriùs, sivè per legem ex deductis per *Menocb. de præsumpt. præsumpt.* 38. *per tot. Bich decis.* 288. *num.* 9. maximè quando decretum statutum, seù lex continet declarationem juris anteà dubii, qui non solum obligat ad futura, sed etiam ad præterita *Barbos. de axiomat. jur. axiom.* 136. *num.* 22. *Paul. Cbristin. decis.* 115. *num.* 7. *vol* 6. *Mecblin. in prælud. num.* 58. *Rota part.* 9 *rec. decis.* 179 *nu.* 82. *& part.* 11. *decis.* 15. *num.* 46. *ubi de resolut. S. Congr.*

472 *Eadem S. Congregatio:* Cum enim promulgatio præfati decreti fuerit facta præcedente relatione cum Sanctissimo, ac de illius expresso ordine, & mandato, uti supra dictum est, evenit causa cognita, itaut tale decretum ad instar legis veniat observandum non solum in locis in quibus Tribunal Rev. Fabricæ fuit acceptatum verum ubique Terrarum, & ratio est evidentissima. Si enim tale decretum fundatum est in jure ex quo, uti infra demonstrabitur ad sensum, PP. Minores sunt capaces annuorum legatorum per viam eleemosinæ illaque possunt recipere ab Hæredibus, seù Executoribus Testamentariis spontè dantibus, & incapacitas solum est extrinseca resultans ab eo, quod iidem non possint præfata annua legata in judicio petere juxtà tamen modificationem inferiùs recensendam cum distinctione, & divisione legatorum, sequitur pernecesse, quod idem fundamentum militet ubique terrarum quoad PP., & quoad hæredes qui ex omni jure, uti paritèr demonstrabitur, tenentur adimplere piam Testatoris voluntatem, itaut observatio omnium contentorum in eodem

decreto

decreto ad terminos juris censeatur spectare ad Episcopos in quorum locum assumpta fuit Rev. Fabrica in solo statu Ecclesiastico, Urbe, & Regno Neapolitano, iuxtà eam firmata, quod etsi aliquod Decretum Breve, seù Reformatio emanata fuerit, & acceptata in aliquo loco, si illa non obliget uti Reformatio, obliget quia fundata illa est in Jure Civili, & Canonico à quo emanat obligatio ad illius adimplementum, ex quo leges tàm Civiles, quàm
473 Canonicæ inducunt in Republic s obligationem pro illorum adimplemento etiam sub pæna peccati mortalis, & in foro conscientiæ ex recensitis per *Carbon. in tract. de legib. lib. 7 dop. 1. & seqq Gabriel Vasquez in 1. 2. D. Thomæ quæst. 96. art. 14. dop. 158, & 161. Anton de Ballis tract. var. lib. 5. in prælud ad Prag. Regni Sicil. Sperel decis. 46. nu 6 decis. 103. nu. 11. decis. 147. per tot.* accedente ratione quia quando lex disponit super certa re uti justa in foro conscientiæ est observanda cum illa obligat etiam ad actus interiores unitos cum exterioribus *Vasquez in pr. 2. quæst. 96. art. 3 disp. 160. cap. 3. nu. 10. Sotus lib. 10. de just. quæst. 5 art. 5. & cum D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 4 & quæst 100. art. 9.* & idem *Cirill. in tract. de mor. eleem. art. 1. § 33. num. 47. & 48.* & in terminis decretorum S. Congregationum cum Bullis Pontificum confirmatorum quamplurima ad rem deducit idem *Cirill loc. cit. casu altero §. 2. per totum.*

474 *Quod hujusmodi legata.* Piissimum Tribunal Rev. Fabricæ etsi ab aliquibus iniustè, & non sine temeritate redargutum fuit tamquam odiosum, & exorbitans ex recensitis per *Cardinalem de Luca in relat. cur. disc. 20 & de Testam. disc. 92. num 2.* Attamen summam continet pietatem, Justitiam, & æquitatem. Pietas, & æquitas resultat ab eo, quod libenter, & passim admittit compositiones, & reductiones legatorum, cum hæredibus, aut aliis obligatis adimplere pia morientium moderamina, & dispositiones idem *Cardinalis de Luca in dicta relat. curiæ disc 20 nu. 35.*

475 Justitia verò à testamentis eorumdem morientium, si enim isti, uti arbitri, & moderatores suorum bonorum justè potuerunt gravare hæredes ad adimplenda pia onera ipsis injuncta, jus cogit illos ad hujusmodi adimplementum quo non secuto intrare possunt facultates Fabricæ erectæ

ad

ad hunc præcisum finem adhoc ut piæ defunctorum depositiones non remaneant sub oblivione, & Testatorum animæ non defraudentur prævisio beneficio, itaut secuta compositione, Ecclesia cum suo Thesauro supplet totali depositioni Testantium, & hæredes aliquando ignari de adimplemento, ex quo ad ipsos non spectabat adimplementum, verum ad hæredes mediatos, sentiant compositionis sublevamen, circa gravamen illis à testatoribus injunctum, quorum voluntas venit inviolata, & illæsa
476 observanda *Jo: Baptista de Barbosus de filiis famil quæst.4 nu.8. arg. text. in l si id, quod ff. de liberatione legata, & innumeri DD. penes eumdem Cirill. art. 1 §. 8. num 15 & seq.*

Præfata verò procedentia in aliis legatis piis non procedunt in casu legatorum relictorum Mendicantibus, ex quo compositio reperitur expressè interdicta, & prohibita in
477 eodem Decreto: & ratio etiam occurrit quæ fuit causa finalis hujusmodi prohibitionis. Hæredes namque obligati adimplere hujusmodi legata sub emendicato, & irrationabili prætextu incapacitatis Mendicantium consultò omittebant adimplere onus ipsis injunctum, & deindè data opera in præjudicium Animæ Testatoris componebant cum Ministris Fabricæ, quod animadversa per S. Fabricæ Tribunal fuerunt motiva promulgationis hujusmodi prohibitionis, uti resultat à lectura alterius Decreti desuper emanato sub die 15. Decembris 1646. Tenoris.

Sacra Congregatio Generalis Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe ad Consulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, quam providen-
478 dum malitiæ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis solvere annua legata pia cum oneribus missarum, seu officiorum, vel etiam gratis dictis fratribus, seù eorum Ecclesiis relicta, ac etiam in futurum relinquenda sub spe postea super illis pro majori summa se componen. cùm Commissariis, & aliis Rev Fabricæ Ministris, & Officialibus.

Prohibuit, & expressè mandavit quibuscumque Commissariis Oeconomis, Secretariis, & aliis quibuscumque Officialibus, & Ministris Rev. Fabricæ præsentibus, & futuris, & tàm Urbis, & Status Ecclesiastici, quàm Regni Neapolis,

polis, & aliorum quorumcunque locorum sub pœnis arbitrio ejusdem Sac. Congregationis, ne de cætero cum hæredibus, vel aliis, vel quomodolibet obligatis ad solutionem
479 dictorum Legatorum ad aliquam compositionem, remissionem, vel transactionem deveniant, sed ab illis omnes annatas supra biennium decursas, & non solutas integraliter exigant, & exigere faciant in beneficium dictæ Rev. Fabricæ sine relaxatione alicujus minimæ portionis, sive quantitatis servato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sac. Congreg. editi sub die 14 Febr. 1633.

Et compositiones, seu remissiones quascumque in contrarium, quomodolibet faciendas eo ipso nullas, & irritas esse decrevit, & declaravit, mandans ita componentes ad residui sic sibi remissi, seù condonati solutionem adstringi, & cogi posse perinde, ac si compositio, seù relaxatio per eos obtenta non esset.

Et ne ab aliquo hujus Decr. ignorantia prætendi, & allegari possit decrevit illud in lucem ædi publicari, & pro negotiis Status Ecclesiastici affixum in Urbe in Januis Sacros. Basilicæ Vaticanæ, in acie Campi Floræ, aliisque locis consuetis, & pro negotijs Regni Neapoli in Januis Ecclesiæ Archiepiscopalis Neap. necnon solita Residentia Tribunalis ipsius Rev. Fabricæ perindè afficere, ac si omnibus interesse habentibus personaliter intimatum esset.

Datum Romæ in Collegio ejusdem Sacræ Congregationis die 15. Decembr. 1646.

Bona immobilia relicta, vel donata Monasterio in capaci retinendi etiam in communi possunt alienari sine assensu Apostolico, & pretium eorum converti in necessitatem,
480 & utilitatem Monasterii, quia hæc bona non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem ejusdem, ut in *Clem. Exivi de verb. signific.* hinc est, quod fratres Minores Regularis observantiæ Capuccini, & Theatini possunt sib. relicta alienare sine licentia Papæ, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii Triden. quam refert *Donat par. 2. qq. regul. tr. 14 quæst. 63. fol. 355.* & habetur etiam in libello articulato *Bullæ, & Decreta recen. fol.* 100. & 125.

481 Bona Ecclesiæ non possunt dici bona Clericorum, vel Monachorum, qui solum sunt usuarii, sed verè, & propriè dicun-

dicuntur patrimonialia Domini Nostri Jesu Christi. Etenim quæ Ecclesiæ offeruntur, intuitu Dei offeruntur, qui omnia dedit ejus filio, nempè Christo Domino, ut docuit *Innoc. in cap. cum ex parte de elect. in 6. & in lib. Levitici cap. 25.* habentur hæc verba: Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & Coloni mei estis, hinc est, quod bona Ecclesiæ non possint alienari sine consensu Romani Pontificis, *Donat. par. 2. qq. regul.*
482 *tract. 14. quæst. 2. num. 1. fol. 320.*

Bonorum mobilium, & immobilium, quibus utuntur Fratres Minores S. Francisci qualia sunt ædificia, seù Domus Ecclesiæ cum Hortis, ornamenta, Calices, & alia vasa cultui, & servitio Altáris dicata Romanus Pontifex est Dominus etiam temporalis, ad cujus potestatem recepta sunt per Alexandrum VI. confirmantem literas Prædecessorum suorum *Casarub. in comp. privil. Mend. v. bona §. 9 fol. 99.*

Bona Ecclesiasticarum personarum sunt exempta à Gabellis ex decreto Sacræ Congregationis Controversiarum Jurisdictionalium de exemptione bonorum die 21. Aprilis 1640. prout in sequenti.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Controversiis Jurisdictionalibus præpositorum alias censuit bona
483 per Ecclesiasticos possessa gaudere exemptionibus à quibuscumque impositionibus, & oneribus, quæ non sint copulativè, certa, realia, & invariabilia, juxtà decisionem in Brundusina Gabellæ coram bon. mem. Penia, & concordant., necnon ab impositionibus Cameralibus, etiam comprehensivis Ecclesiasticorum, quando Ecclesiastici libertatem eam non solvendi præscripserint. Juxta Decretum anno 1600. tempore san. mem. Clem. VIII. editum. Dat. die 21. Aprilis 1641.

Jo: Bapt. Pamphilius.

F. Paulutius Sac. Congreg. Secretarius.

In regesto Conc. Trid. fol. 128. Pasqu. in addit. Laur. de Franc. par. 2 quæst. 48. num. 2.

Finis

484 Finis igitur præfatorum decretorum totalis fuit, ad hoc ut totaliter remaneat adimpleta mens Testatoris, & ad hoc, ut hæres omninò adimpleat illius voluntatem ad quod adimplemendum hæres tenetur ex omni jure solvere legatum etiam si sit absque ullo onere, gratis & pro victu relictum dictis Mendicantibus, quæ propositio attento dicto decreto temerariam pateretur contradictionem. Si enim Decretum confirmatum à Summo Pontifice Urbano VIII. prohibet compositiones, & vult ut legata indiminuta conserventur quo ad illorum capitalia, sortes principales, & proprietates ad hoc ut perpetuò illa possint applicari in usus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos, inde descendit sensibilis ratio, quòd hæredes sunt obligati ad satisfactionem talium legatorum. Quod convincitur cum aliis verbis Decreti anni 1646. ibi, *ad Consulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, quam providendum malitiæ hæredum, & aliorum quomolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis solvere annua legata pia cum oneribus Missarum, seù Officiorum, vel etiam gratis dictis Fratribus, seù eorum Ecclesiis relicta, & etiam in futurum relinquenda*, & firmant omnes DD. allegati per *Cirill. de morient. eleemosynis art.* 1. § 9. *per tot.* §. 12 *num* 6. & *sequen.* §. 26. *num.* 1. § 28. *num.* 15. & 16. &
485 *art.* 2 *§.* 5. *num* 4. Ubi, quod hæredes differentes executionem pii operis illis injuncti peccant mortaliter *art.* 2. *§.* 5. *num.* 4 & *art.* 3. §. 2. *num.* 3. & 6. Ubi quòd hæres gravatus annuo legato solvendo Minoribus, etsi non obligetur politicè Fratribus ipsis, obligatur testatori ad illud solvendum juxtà piam illius voluntatem, quòdque teneatur ex obligatione naturali erga Minores acceptantes legatum ipsis in eleemosynam relictum, ac ex omni obligatione justitiæ erga testatorem adeòque in conscientia teneatur ad totale legati adimplementum firmavit inconcusse idem *Cirill. in art.* 3. §. 1. *cum sequen.* *§.* 4 *num.* 2. 5. & 6. & §. 6. *per tot.* & alibi passim in d. tractatu, & alii congesti per d. *Piton. in d. discept.* 2. *num.* 14. & *seqq. Rota in Turritana eleemosynarum* 10. *Januarii* 1695 *coram R. P. D. Emerix §. sed cum nihilominus, &* 6. *Aprilis* 1696. *inter suas Decis.* 1219. & 1326.

486 Qua obligatione posita legata relicta etiam gratis mendican-

cantibus non sunt habenda pro cassis, nullis, irritis, & caducis, verùm omninò sunt observanda, & adimplenda ex parte hæredum, & executorum testamentariorum, & dictum præfatum probat, cum convincentibus demonstrationibus respondendo contrariis dictis aliquorum DD. idem *Cirill. loc. cit. art.* 1. *§.* 18. *num.* 5. *& art.* 3. *§. pr.* ubi, quòd duplex ex contractu oritur obligatio. Altera Civilis, qua mediante datur obligatio, unde oritur actio experienda pro illius executione in foro externo. Altera naturalis, à qua etsi non oriatur actio explenda in foro externo, & judiciali, attamen obligatus tenetur in foro interno, &
487 conscientiæ, & coram Deo adimplere ejus obligationem
ex *cap final de consuet. Sanchez de matrim. tom. pr. disp.* 7. *lib.* 1. *num.* 14. *& cum Bartol. Ancharano, Abbate, Silvestro, Angelo, Tabiena, Armilla, Covarruvia, Matienzo, Corduba, Ludovic. Lopez*, tenet *Molin. tit* 1. *de just. & jure tract.* 2. *disp.* 224 *fol.* 1398. *Rebel. part.* 3. *de obligat just. lib.* 18. *quæst.* 4. *num.* 3. idem *Cirill loc. cit. art.* 3. *§.* 1. *segment.* 2. *num.* 14 ubi incidenter expenduntur qualitates naturalis obligationis, quæ sunt compatibiles cum arctissima paupertate Fratrum Minorum, itaut posita hac naturali obligatione pænes hæredes, & capacitate recipiendi in Minoribus, etsi non reperiatur in illis jus petendi in foro judiciali legata hujusmodi illis relicta, ista nullimodè caducentur, & habeantur pro nullis, & non scriptis, & ulterius expenduntur omnia motiva ad casum facientia, & refelluntur omnia, quæ ex contrario possent adduci, & in casu alter. § 4. *per tot.*

Attamen addendum, quod posito decreto Rever. Fabricæ antedicto, dicendum sit hæredem teneri ad præstanda legata quomodocumque illa relicta sint Minoribus tàm obligatione naturali, quam civili, adeoque ex omni jure. Et ratio est plusquam sensibilis. Si enim dictum decretum dat actionem Rev. Fabricæ ad agendum pro annuali
488 talibus decursis, & non solutis post biennium supponit
obligationem totalem in hærede, ex quo actio oritur ab obligatione tamquam illius Matre *Jason super tit. de action. §. superest num.* 10. *Bartol l.* 1. *ff. de condict. indeb. col.* 4. *&* 7. *Gomes. de act. §. superest num* 32. idem *Cirill. loc. cit. art.* 1. *§.* 12. *num.* 10. *& seqq.*, & per consequens ad instar omnium alio-

aliorum obligatorum ſemper hæres tenetur ad ſatisfactionem legati pro adimplenda teſtatoris voluntate, quæ ad unguem venit obſervanda, ob quam rem fuit prohibita in eodem decreto quælibet extinctio, vel reductio mediante compoſitione, & voluntas S. C. fuit ut capitale, ſeù proprietas conſervetur ſemper ad effectum, ut poſſent applicari in uſus Romano Pontifici pro tempore exiſtenti benè viſos, uti etiam de legatis ratione eleemoſynæ relictis Domibus Profeſſis Societatis Jeſu, quòd hæres teneatur ex obligatione non erga ſocietatem, ſed erga Teſtatorem

489 conveniunt omnes Scriptores ſocietatis *Suarez tom. 4. de relig. tract 10 lib 4. cap. 9 num. 9. tom. 3 lib 8. cap. 17. num. 19. Sanchez lib. 7. in Decalog cap. 27 num. 9. Caſtro Palao tom 3. tract. 16. diſp. 3. part 10. num. 5. Card. de Lugo tom. 1. de juſt. & jur. diſp. 3. ſect. 5. num. 106. & lib. 4. reſponſ. moral. dub. 7.*, & *Cirill. de mor eleem. art. 1. §. 12 num 6 §. 26 num 1. cum ſeqq. & caſu 1. §. 2. num. 10. cum ſeq. & §. 3. num. 17. & caſu 2. §. 6. num. 17.*

Quod verò Summus Pontifex poſſit applicare hujuſmodi legata in uſus eidem benè viſos, ex quo Minores cenſentur uti uſufructuarii omnium bonorum etiam propriorum Conventuum, & Eccleſiarum, & Sedes Apoſtolica proprietaria nulla eſt difficultas, reſultante evidentia propoſitionis tùm ab eo, quòd Summus Pontifex habet plenitudinem poteſtatis in rebus Eccleſiæ adminiſtrandis ex deductis per eundem *Cirill loc. cit. art. 1. §. 10. num. 40.* tum ab eo, quòd ipſe acquirit jus, & dominium rei legatæ

490 Fratribus Minoribus idem *Cirill. loc. cit. §. 12. num 21. §. 15. num. 8. cum ſequen.*, & *caſu pr. §. 3 num. 12. §. 5. num 5 & 6.* ubi cum DD innumeris, & in ſpecie cum *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. part. 3 alleg. 82.* firmat Pontificem, aut Epiſcopum non poſſe à Teſtatore impediri ne ipſe ſe intromittat in executione ſuæ voluntatis præſertìm circa legata pia data hæredis negligentia. Ex quo quod lex dat privatus auferre non poteſt *gloſ. in verb. minus auth quib. mod nat. §. ergo coll. 7 & l. 58. ff. de legat. pr.* ubi quòd nemo poteſt in teſtamento ſuo cavere ne leges in teſtamento ſuo locum

491 habeant *cap. ſi diligenti gloſ. 1 ibi de foro compet. Perez Pacecho in Apolect. detr. jur. verb. lex §. quod lex.* Et ratio addi poteſt

potest naturalis. Quia, quando testator mandat, & injungit hæredi satisfactionem legati pii etiamsi diceret Summum Pontificem, Fabricam, seù Episcopum non posse se intromittere circà talia legata, supponit hæredis executionem, & dispositionem ad satisfaciendum oneri eidem injuncto, & ne iste circà modum exequendi dependeat à voluntate Pontificis, Episcopi, seù Fabricæ verùm sit liber in satisfaciendo, numquam verò supponendum est voluisse suam intentionem declarare circà alium casum negligentiæ, & voluntariæ contumaciæ in hærede de nolendo solvere legatum, qua negligentia, & contumacia posita intrant dispositiones juris exequibiles per Romanum Pontificem,
492 & Ministros illius vicem repræsentantes uti cum *cap nos quidem*, *D Thom*. 2. 2. *quæst*. 88. *art*. 1. & aliis DD. ostendit idem *Barbosa d. alleg*. 82. *& Sot. de just. & jur. lib*. 7. *quæst* 1. *art*. 2. *ac idem Cirill. loc. cit*.

Ob quam rem expertum est ita disponente dicto decreto, Ut licuti non secuta applicatione eorundem legatorum Sedi Apostolicæ, licitum est Minoribus recipere, non verò exigere legata hujusmodi ipsis relicta, ità pariter secuta applicatione Rev. Fabricæ ista, visis indigentiis Minorum, relaxat totam summam legatam eisdem Minoribus, & id non ad alium effectum, nisi quam quod ultima morientium moderamina remaneant adimpleta, & executa, prout de facto adducuntur diversi casus talium legatorum, in quibus Congregatio R. Fabricæ demandavit hujus-
493 modi legata relaxari eisdem Minoribus, cujus resolutiones reperiuntur impressæ pænes *Pito dict. discept*. 2 *à num*. 130. *usque ad num* 143. ubi adducitur supplex libellus datus per Commissarium Generalem Fratrum Minorum san. mem. Urbano VIII. petentem ipsis relaxari perpetuum annuum censum florenorum octuaginta donatum ratione eleemosynæ inter vivos per Gasparem Bartolomei Conventui Terræ Molleani erogandum quotannis in emptionem tunicarum, & vestium pro usu Fratrum, & cum ea lege ut præfata portio census sic donata non posset alienari, nec extingui, sed stare debeat semper pro dicto effectu emptionis tunicarum non obstante incorporatione demandata, & inchoata per Fabricam, in cujus Congregatione

expen-

expensis juribus necessitatis dictorum PP. eadem S. Congregatio resolvit adeundem esse Summum Pontificem, & propterea supplicarunt, sunt verba supplicis libelli; *Supplicat, quatenus dignetur declarare Fratres esse capaces dictæ donationis, & à Ministris Fabricæ non posse molestari, quin per modum eleemosynæ possint dari, & recipi fructus dicti census*, & sub die 12. Novembris 1641. SS. annuit cum hoc rescripto. *Audita relatione S. Suæ facta de ordine Em. Cardinalis Barbarini Protectoris benignè annuit petitioni supradictæ Fr. Paulutius*. In cujus executionem successivè sub die 21. Decembris 1641. Oeconomus Fabricæ dedit ordinem necessarium Ministro Fabricæ, ut relinqueret dictum legatum in beneficium Fr. Minorum. Ita pariter idem *Pitonius loc. cit. num.* 147. adducit alium casum legati scutorum duodecim gratis relictorum ratione eleemosynæ annuatìm solvendorum PP. Reformatis S. Francisci ad Ripas Urbis per Andream Benedetti, ad cujus hæredis instantiam data supplicatione ad Summum Pontificem eadem S. C. 27. Maji 1656 resolvit. *Facta relatione, SS. annuit ad instantiam tamen hæredis ipsius testatoris, & sub titulo Eleemosynæ*.

Imo si militant motiva suadentia, PP. Minores non posse vivere de eleemosynis, vel ipsos urgeri ab aliqua necessi-
494 tate, quæ cum eleemosynis reparari non possit tàm Summi Pontifices, quàm eadem Sacr. Congregatio cum illius oraculo benignè permiserunt PP. relaxationem legatorum, vel eisdem posse assignari tot redditus æquivalentes eorum manutentioni, uti casum quoad totalem permissionem redditu um adducit idem *Piton. loc. cit. num.* 146. Ex quo erecto Conventu in Moscovia in loco, ubi aderant Scismatici, & in quo erat impossibilis quæstuatio, permissum illi fuit retinere tot redditus, quot sufficerent pro substentatione PP., & S. Congregatio talem permisit dispensationem die 27. Maii 1645. *Sacra &c. respondit dictos Fratres posse recipere per viam simplicis eleemosynæ juxtà Doctrinam S. Bonaventuræ*: meritò Religio non amittit puritatem Paupertatis, ex quo non dicuntur aliquid possidere, verùm tantùm recipere eleemosynam ab aliquo designato fundo, seù redditu, ex quo illis interdicta est

quæstuandi libertas, utpotè quia degunt in Dominio, & Territorio Gentilium, & Hæreticorum, ubi eleemosinandi via redditur impossibilis.

Et quod quævis extinctio &c. Per consequens omnis extinctio, reductio, seù diminutio capitalis facta absque speciali
495 permissione Summi Pontificis est ipso jure nulla, nec suffragari potest debitoribus, aut aliis quibuscumque hoc est neque hæredibus, aut executoribus testamentariis, neque legatariis, & cum hac prohibitione concordat aliud Decretum S.C. emanatum sub die 15. Decembris 1646. superius adductum.

Nulla habita consideratione Bullæ sanct. mem. Clementis VIII. emanata die 23. Novembris 1526. adducta per Lantuscam in Theat. Regul. verb. Legatum, fol 312. Quia Bulla continet duo. Primum obligationem hæredum, qua sunt in conscientia obligati ad exequendas pias voluntates defunctorum. Secundum Incapacitatem Fratrum petendi in judicio legata illis relicta, seù institutiones factas, & considerans Summus Pontifex penuriam, & necessitates Fratrum istis permisit compositiones, quorum duo motiva cum fuerint perpensa in Congregatione depu-
496 tata per sanct. m. Urbanum VIII. emanavit resolutio cum supradicto decreto confirmato in forma specifica, ut resultat à decretis relatis per *Fagn. in cap. nimis prava de excessu prælat.*, & nos alias innuimus, & dispositio dicti decreti cum fit clarissima ista uti emanata de anno 1633. venit ample-
497 ctenda cum motivo, quod posteriora derogant prioribus ex firmatis supra *§. super quibus* . . . & ita resolvit Sac. Congregatio Concilii in hac nostra causa Salernitana Eleemosynarum in qua PP. Theresiani jam confecerant concordiam cum Cappuccinis, & petebant cum motivo dictæ Bullæ Clementis, & cum aliis motivis in eorum informatione deductis concordiæ confirmationem, qui-
498 bus motivis rejectis cum rescripto *lectum* fuerunt pariter, & PP. Theresiani rejecti sub diebus 5. Septembris 1705. & 8. Maii 1706. itaut quælibet compositio remaneat interdicta in casu de quo agitur, quodque indefinitè dictum decretum Rev. Fabricæ de anno 1633. emanatum uti posteriùs indictum super eadem materia, & re certa sit servandum

dum, quòdque cum sit lex declarativa juris antea dubii
499 extendi possit ad casus etiam præteritos indecisos explendos per actus successivos ex deductis per *Merlin. in prælud. num.* 58. *Rota part.* 9. *rec. decis.* 179 *num* 82. *& part.* 11. *decis.* 15. *num.* 46. *part.* 16 *decis.* 352. *num.* 24. *& part.* 17. *decis.* 99. *nu.* 5.

Quodque Commissarii &c. Perindè Commissariis, & aliis Ministris Fabricæ prohibita est dispositio capitalium, & proprietatum ita relictorum Minoribus, ac interdicta ipsis pariter censetur actio ad agendum simpliciter, verùm ad agendum qualificatè, hoc est ad effectum exigendi annua legata
500 non satisfacta intra biennium, & deponendi, seù reinvestiendi, itaut depositum, seù reinvestimentum demùm applicetur in executionem Apostolicæ authoritatis, pro quorum legatorum consecutione cempetit actio ex ulterius deductis per *Cirill. de mor. eleem. art.* 3. *num.* 23. *&* 26. *& casu* 2. *§.* 6. *per tot.*

Et quod nolentibus, &c. In casu igitur quo hæredes renuerunt, & renuunt solvere legata ut supra relicta Minori-
501 bus Decretum descendit ad declarandum, quid sit faciendum per Fabricæ Ministros, & concludit ipsos, uti supra dictum, est vigore suarum facultatum posse exigere annuas præstationes, seù legata per biennium decursa salvo semper capitali, seù proprietate ad effectum tamen &c., ut hæredes, vel debitores possint si velint dare illa eisdem Fratribus Minoribus.

Attamen cum Facultates Rev. Fabricæ intrare videantur circa legata non satisfacta per biennium, itaut actio sit
502 limitata ad annuas præstationes per biennium non solutas, & super illis cadat jus actionis, restat adhuc videndum quomodo id in praxi sit servandum, nam si unica vice Rev. Fabrica apposuit manus, & applicavit annuas præstationes tunc non est amplius in facultate hæredum, seù debitorum solvere illas Fratribus Minoribus, verùm annuæ præstationes sunt effectæ de dominio Fabricæ, itaut hæredes non possint amplius talem liberam solutionem facere.

Undè distinguendi sunt casus. Aut enim præventivè Romanus Pontifex disposuit de dictis legatis, illaque autho-
503 ritate Apostolica applicavit, quod facere posse nullum

dubium reperitur, ex quo Summus Pontifex habet plenitudinem potestatis in rebus Ecclesiæ administrandis, & circa ea, quæ concernunt commutationem ultimarum voluntatum, rationabiliter habet jus absolutum commutandi, & dispensandi, maximè circa legata onerosa, uti unanimiter tenent DD. penes *Lezanam tom. pr. sum. cap.* 21.
504 *num.* 5. *Gavant. in Thesaur. tom. pr. part.* 3 *tit.* 12. *nu.* 43. *Dian. tract.* 14. *de celebrat. Missarum resolut.* 6. *Reginald. in praxi fori pænit. tom.* 2. *lib.* 23. *num.* 239. & in specie de dominio, rei legatæ FF. Minoribus devoluto ad Summum Pontificem remanente commoditate facti penes ipsos cum aliis adsatietatem tenuit cit. *Cirill. de morient. eleem. art.* 1. §. 12. *num.* 21. §. 15. *num.* 8. & 15. *cum seq.* §. 22. *num.* 1. & 2. & *seqq. art.* 2 §. 5. *num.* 7, & *cas.* 1. §. 3. *num.* 12. & *casu* 2. §. 6. *num.* 16. *cum seqq.*

Et in hoc casu secutæ applicationis tàm Episcopus, quàm Rev. Fabrica in locis, in quibus illius Tribunal acceptatum fuit, nullum jus habent ex dispositione dicti decreti petendi legata non satisfacta, ex quo semel secuta applicatione ad Instantiam Sedis Apostolicæ nullum aliud reme-
505 dium restat, quam recurrere ad eamdem Sedem, & deducendo jura procurare ab eadem, aut per viam justitiæ, aut per viam gratiæ legati restitutionem, quæ cum solita sit rescribere ad terminos juris, relinquit aditum ad illam recurrendi cum supplici libello per organum Rev. P. d. Secretarii Memorialium, & expectare resolutionem à Summo Pontifice juxta solitam praxim, & innuimus supra §. *ob quam rem*.

Aut adhuc non secuta applicatione pendet lis super legati applicatione, coram Tribunali Rev. Fabricæ, & re integra, antequam effectivè secuta sit formalis applicatio per actum irretractabilem præseferentem dominium, adhuc pendente lite hæredes, seù aliter debitores possunt si volunt legati annuas præstationes decursas solvere FF. Mi-
506 noribus, & ratio descendit tùm quia videtur esse literalis textus dicti Decreti loquentis per verbum *quomodocumq; futuris temporibus*, tum etiam quia in facto resolutum habemus, quòd etiamsi Ministri Rev. Fabricæ, vel appropriaverint, vel sequestraverint dictas annuas præstationes,

nes, attamen supremum ejusdem Tribunal ad petitionem, & instantiam eorumdem FF. Minorum decrevit restitutionem eisdem faciendam per viam eleemosynæ, ut inferius demonstrabitur cum resolutionibus S. C. Rev. Fabricæ, & in specie per relatum à dicto *Cirillo de morient. eleem. art.* 3. §. 4. *num.* 29. ubi adducitur resolutio dict. S. C. quæ mandavit in legatis factis Cappuccinis scribendum fore Commissariis locorum, ut intelligant à Guardianis eorum Conventuum, si illis indigeant, & applicent illis legata integraliter, sin minus trasmittant fidem authenticam talis declarationis, & eo casu applicent illa Fabricæ.

Probibuit &c. Exindè quia FF. Minores nullum jus habent petendi in judicio consecutionem præfatorum legatorum, ex quo omni actione judiciali in foro fori ratione arctissimæ paupertatis professæ sunt destituti, proptereà
507 jure ipsis interdictum reperitur sub pæna excommunicationis ipso facto incurrendæ exercitium talis actionis. Verùm illud concessum tantum juxtà formam Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ sub die 14. Junii 1628. cujus tenor est inferius transcriptus ab eodem *Cirillo post dict. tract. de morient. eleemos.* & desumptus à *Fagnan. ex com. in secund. partem V. libri Decret. in cap. nimis prava de excess. prælator. num.* 55. *vers. S. Congregatio*. Itaut in similibus casibus juxta formam dispositionis dicti decreti de anno 1628. uti renovatæ in hoc presenti decreto anni 1633. venit procedendum.

Sacra Congregatio à S. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ consultationibus præposita volens quantum potest in Domino ipsorum
508 postulato satisfacere circa Novitios ad habitum, & professionem admittendos; Sanctitate sua approbante, censuit tunc demum esse illis permittendum, ut Novitios ut supra recipiant, cùm constiterit ex ipsorum Conventibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regulæ S. Francisci Observantiæ adversantur. Quod ubi præstiterint, designanda erunt loca pro iisdem Novitiis recipiendis, & prescribendus recipiendorum numerus & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia: & prout unaquæque Provincia

id exequetur, eidem receptionem hujusmodi fore permittendam.

Abusus verò quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimùm infrascripti.

Ac primùm abdicent à se, & eorum Conventibus non solùm pistrina, ac bona omnia immobilia, quæ alicubi contra Regulæ puritatem, & declarationes fel. recor. Nicolai III. & Clem. V. extra, vel intra septa monasteriorum detinent: sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio præcipit observari decretum Congregationis generalis Romæ habitæ die 17. Maji 1603. Cujus tenor talis est.

Cum annuos redditus, sicut cætera bona immobilia nobis habere non liceat, ideò renovantes alia generalia statuta, decernimus quòd Frater nō inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec
509 exhibitam à quopiam vivente suscipiat; & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in judicio exigatur: declarantes quòd ad perpetua legata petenda non possunt fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum eleemosynæ, absque allegatione alicujus debiti. Decernitur prætereà, ac præcipitur per S. Obedientiam, quòd quoties relinqui contigat aliqua legata perpetua aliquibus personis, & Hospitalibus, vel alicui Republicæ, & aliis domibus ea lege quòd teneantur fratribus præstare singulis annis certam eleemosynam, sive omninò gratis, sive ut ipsi fratres dicant certa officia, & missas, quòd Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quòd cum ad illas eleemosynas nullum jus habeant ex vi legati, non possunt obligari ad illa officia, & missas. Si tamen facta ista protestatione hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & missas; tunc fratres tuta conscientia possunt eleemosynas hujusmodi recipere. Quod totum, & multò fortiùs in relictis legatis singularibus, fratribus simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona hujusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus,

tus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti hujus Conventus N. dicimus ad nostram notitiam pervenisse quondam N. certam eleemosynæ quantitatem Conventui huic distribuendam perpetuò gratis, vel forsan pro aliquibus officiis, aut missis dicendis legasse. Cùmque legata hujusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynæ, acceptare ex instituto sancto nostro, & jure nobis non liceat; ideò per præsentes liberè protestamur in Domino, quòd legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres commissarius, aut legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viam simplicis eleemosynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate penitùs cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & piæ testatoris voluntati, quantum in nobis fuerit, plenè, ac fideliter satisfaciemus. Hæc autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conventus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere: & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis hanc Constitutionem fuisse ad plenum adimpletam.

Est autem hæc protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura hanc disputans quæstionem; ex Apostolicis declarationibus Regulæ nostræ colligitur. Et ut omnibus sit compertum id quod tantoperè est nobis necessarium, ipsam D. Bonaventuræ quæstiunculam ex suo Apologetico desumptam hìc apponere de industria non gravabimur, quæ talis est ut sequitur.

Cum asseratis vos secundum Regulam, & professionem vestram nullos debere recipere proventus reddituum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulæ vestræ in eo, quòd recipitis domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis; eodem enim modo si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quæque recipere, imò grancias, & villas, & castra, & terras, & oppida, & quæcumque fuerint vobis data; & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanesceret, & non eritis discipuli S. Francisci, cùm non

sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis: de domibus enim vobis contiguis potest esse excusabile, quòd pro dilatanda area vestra illas quandoq; recipiatis; sed de aliis non, in quibus homines alios pro censu locatis, quem procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra. Si qui in talibus incautè agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licitè agere possimus, adverte; & tunc non judicabis nos, si sanè intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum redditũum recipere, vel habere; quia verò mendici sumus, & pauperes, & quibus pro præsenti necessitate indigemus, ideò recipimus, prout licet, sive pro solvendis debitis, vel aliis necessariis procurandis. Cùm ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam ut nostram; sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio ejus provideatur nobis ex parte sua in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens, ne fortè ejus talis dispositio per hæredes suos, vel alios in posterum impediatur, & propter hoc præoccupat reprobare illam sigillo alicujus judicis, vel civium, vel alterius, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel fratrum, qui conservet quod ipse disponit de domo tali, vel area nil ad nos, cùm de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cùm nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quòd de pretio, vel de proventibus illis, vel illis darentur fratribus tot panes quotidiè, vel tantùm eleemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædii, vel redditũum possessores; nam si me petente eleemosynam aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantùm unam, vel singulis hebdomadis tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut vice sui ista dent etiam eo absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiamsi illi negligant

dare

dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus; cùm non ex jure, sed ex gratia solùm talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus?

Et si post obitum illius, uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus, similiter accipere ex tali gratia; ita quòd quandocumque nollent ampliùs ista dare, nihil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad domum clementis domini pro quotidiana eleemosyna quamdiu illi placeret; sed quando plus nollet, discedimus ut cui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex jure. De censibus verò domorum fratribus legatorum nihil quærimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem antequam vendantur, aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illæ domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed eleemosynam nobis spontè oblatam simpliciter recipimus sicut aliundè donatam. Quia verò Dminus docet nos cavere ab hominibus, *Matth.* 10. & Apostolus ab omni specie mala abstinere, *prima Thessal.* 5. ne putemur ab ignorantibus trasgressores regulæ nostræ, debe-
510 mus apertè protestari nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspicio probabilis judicari. Hæc omnia D. Bonaventuræ.

Sed quia in his casus solet aliquando evenire, quòd annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus, quòd in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in constitutionibus super *cap.* 6. *Reg.* & §. *Inhibemus*. Quòd nimirum hujusmodi redditus assignentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales eleemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant,

&

& fratribus sive aliis Sacerdotibus, quando fratres noluerint tales Missas, vel suffragia juxtà piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum interdicere faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant à fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietas alicujus capellæ, sive sepulturæ, cùm hoc omninò sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto; nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oporteat satisfacere devotæ fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum institutum regulæ nostræ transgressores judicemur. Cujus Seraphici Doctoris sententiam hìc inserendam judicavimus, quatenùs è medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scillam inciderunt in favorem Ordinariorum, vel alicujus tertii, vel hæredis, renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominii donare, sicuti accipere, & summa dementia alienum renuntiare.

De hujusmodi autem bonis, seù illorum pretio, Generalis, vel Commissarius Generalis unà cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacristiæ, fabricæ Ecclesiæ, & Conventuum provideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimùm sacram hanc Congregationem fideliter certiorem faciat. Hanc verò bonorum abdicationem, & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debebit huic Sacr. Congregationi ex Generalis, vel Commissarii generalis, & Ordinariorum attestationibus, gratis, & absque ullo fratrum dispendio concedendis.

Deindè à fratribus particularibus auferatur cujuscumque rei proprietas, si quæ sit, & omnia in communi redigantur ad regul. Sac. Can. Apostol. Const. & S. Concil. Trid. dispositionem. Potissimùm verò tollantur pecuniæ, & quam-

quamprimùm insumatur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates; idque fiat à Syndicis Apostolicis tantùm, ita ut nihil pecuniè mediatè, vel immediatè supersit in manibus, vel potestate fratrum etiam Superiorum.

Ad hæc tollatur abusus Aromatariarum, ita ut de cætero illæ non retineantur, nisi ad usum monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristis, aut alibi cippos, & truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec capsulas pro eleemosynis Missarum.

Ac demum Superiores Regulares invigilent, ut fratres communi mensa utantur, divina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, ac cætera impleant, ad quæ pro Regulæ observatione tenentur.

Hæc autem superiùs expressa, fuisse ad effectum perducta constare debebit eidem S. Congregationi, ex attestationibus medio juramento Generalis, aut Commissarii generalis, aut Visitatorum, prævia diligenti informatione capta in visitatione singulorum Conventuum cujusque Provinciæ. Romæ 14. Junii 1628.

REnuentibus demùm hæredibus solvere legata adeoque adimplere Testatoris voluntatem juxtà præscripta in dicto
511 Decreto, certum, est quòd quando agitur de legatis pro quibus competit actio Sindico pro illorum consecutione, iste potest comparere in judicio, & implorare Judicis officium, uti sæpiùs dictum fuit, in aliis verò legatis: pro quibus nulli competit actio neque Sindico, neque PP. sed jus devolvitur ad Rev. Fabricam, vel in casu quo legatum esset relictum Cappuccinis Sindico carentibus, ex quo non acceptaverùnt Privilegium Martini IV., sed Martini V., & aliorum Summorum Pontificum juxtà deducti per cit. *Cirill. loc. cit. art.* 1. §. 23. *num* 3., itaut in aliquo loco non adesset Tribunal Rev. Fabricæ, neque Sindicus, qui posset cogere hæredes ad adimplendum onus à Testatore injunctum, in hoc casu agere posset Episcopus, Judex sæcularis ex officio, executor testamen-

mentarius, Sindicus Civitatis, & quilibet de populo, sicuti habemus expressum de jure circà legata relicta Collegio futuro, Hospitali vel Ecclesiæ construendæ, ad quorum favorem contrahitur mora sine interpellatione, & debentur fructus, nisi mora data fuerit in gratiam
512 hæredis *Grat. discept. forens. cap.* 358. *per tot. Roman. consil* 69. *Barbos. de jure eccles. lib.* 3. *cap.* 27 *num.* 104., & alii deducti per *Sabel. in summa §. legatum num.* 11. *& §. Episcopus nu.* 53. & circà legata relicta Mendicantibus innuit *S. Rota in dicta Turritana eleemosynarum* 10. *Januarii* 1695. *coram R. P. D. Emerix §. nec officit*, & innumeri DD. recensiti per per cit. *Cirill. de morient. eleemos. art.* 3. *§.* 3. *num.* 26. *cum seqq.*

Concludendum pariter venit, quòd quando hæres, aut alius obligatus ad adimplenda hujusmodi legata temerè litigat, & renuit solvere illa, & adimplere voluntatem Te-
513 statoris, tenetur de jure ad duplum *§. ex maleficiis instit. de action. in fine*, *Mæjus in Pantelia juris civil. tit.* 6. *de action. §. ex malefic. vers. quam pœnam*, *Misinger instit lib.* 4. *de act. tit.* 6. *§. eod. num.* 43. imò legitimè monitus per Judicem ad solutionem legatorum, & implementum voluntatis Testatoris, si steterit per annum contumax, privatur hæreditate, & illius commodo *Molin. de primogenit. hispan. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 15. *&* 24. *Gozad. conf.* 34. *num* 7. *Corn. conf.* 28. *lib.* 1. *Crass. in art. offic. hæred. quæst* 6. *num.* 1 *part.* 2. *Grat. discept forens. cap.* 721. *num.* 27. itaut non possit mora purgari ex deduct. per *Jason. in l. insulam* 15. *ff. de verbor. oblig. Paul. Christin. ad l. municipal. tit pr. art.* 23. *num.* 2. *Urceol. de transact. quæst.* 48. & alii deduct. per *Sabel. in summ. §. hæres num.* 18. *& legat.* 2. 11., *&* 44.

Supradicta disposita de jure sunt amplectenda in terminis *Auth. hoc amplius C. de fideicom* quando videlicet per testa-
514 torem dati sunt substituti, & quando hæres monitus non implet defuncti voluntatem, itaut hæreditas cum onere transeat in substitutum, dummodò iste præstet cautionem de adimplenda voluntate defuncti, & remota causa excusante hæredem à tali adimplemento, juxta deducta per *Altograd. in consil* 84. *num.* 46. *per tot. & consil.* 85. *per tot. lib.* 1. *Paul. Christin. decis.* 20, *vol.* 5. ubi quod moribus

Gal-

Galliæ non procedit dicta pæna, sed officio Judicis com-
515 pellitur hæres parere, vel hæreditati cedere, & *Rota decis.* *136. num. 7 part. 13. recent. & Urceolus de transact. decis. 43. & 52. adduct. per Sabel loc. cit.*

Quoad legata verò pia hæres contumax in locis, quibus fuit receptum S. Tribunal R. C. A. coram eodem Tribunali, & ejus Ministris potest cogi ad normam præfati Decreti executivè juxtà privilegia ejusdem Tribunalis: in aliis verò locis potest cogi coram Episcopo, & ordinario loci, vel coram Judice sæculari, cum executio piorum legato-
516 rum sit mixti fori, ut supra innuimus maximè quando executor testamentarius sivè hæres, & possessor bonorum sunt laici, qui possunt conveniri coram Judice laico juxtà *Tiraquel. de privil. piæ causæ privileg. 49. Marth. de jurisdict. par. 2. cap. 11. num. 14. Dian. part. 7 tract. 6 resolut. 32.*, & secundum alios, quòd etiam conveniri possint coram Judice ecclesiastico privativè inter quos idem *Diana part. 4. tract. 1. resolut.* 99 *Ciarlin. contr. 21. num.* 10., *& seq.* idem *Diana part. 8. tract. 5. resolut.* 55 & latè *Fagundez de just., & contract. lib. 6. cap. 4. per tot.* itaut exhibito testamento legatarius, seù alius quilibet de populo potest executivè petere executionem testamenti, & implementum legati etiam ante aditam hæreditatem ab hærede, cum id sit privilegium legati pii non admittentis dilationem temporis *Bartol. in l. 1. col penult. vers. 4. quæro C. de sacros. eccles.*
517 *Soccin. cons. 116. non potest col. 9. in princ. vers. secundo respondetur num. 25. lib. 1. cap. Tholos. decis. 89. Tiraquel. privil. piæ caus. 33.*, ac etiam cumulando actiones potest, sicuti proficuum erit legatario, agere juxtà morem regionis modo magis eidem utile ex quo pro legato dantur tres actiones personalis ex testamento contrà hæredem ratione quasi contractus, qui celebratur in ipsa hæreditatis aditione. Rei vindicativa, & hypothecaria contra bona Testatoris pro consecutione legati uti cum innumeris firmat *Grat. discep. 62. per tot. & in specie num 27. usque ad* 38. ubi quod deficientibus hujusmodi tribus actionibus, uti esset casus legati facti Monasterio Religioso, aut personæ incapaci, quibus non datur actio neque rei vindicatio, intrat officium Judicis consistens in sola æquitate, cujus officio legatum peti-

tur

tur executioni mandari *l. hæredit de pet. hæred. sup. in rub. de donat. inter vir. & uxor.* §. 65. *nu.* 18. & 19. *Rip. in l.* 1. *nu.* 42. *de leg.* 1., & idem *Grat. num.* 41.

518 An verò actio ad duplum possit intentari contra hæredes contumaces solvere legata pia juxta superiùs deducta affirmativè esset respondendum, nam si jura sunt expressa, de illis non esset dubitandum, sicuti verò pro expensis factis in judicio, ex quo hæres temerè litigans tenetur ad refectionem omnium damnorum, & expensarum illatarum legatario pro obtinenda consecutione legati, & adimplemento voluntatis testatoris, ex deductis per *Grat. discept.* 62. *ubi Carolus Anton. de Luca num.* 14., & per eundem *de Luca ad Grat. cap* 49. *num.* 8. *cum seq. cap.* 56. *nu.* 10. *Bich. decis.* 73, & *decis* 170 *num.* 2. & *Cer. decis.* 254. *num.* 5. & 6. *coram Cerro.*

Advertendum pariter restat, quòd si legatum remaneat in dubio an sit annum, vel unicæ præstationis, sit recurrendum ad conjecturas, inter quas connumeratur illa, quòd
519 legatum fuerit factum pro pittantia nostris PP. Mendicantibus, itaut dicendum sit annum, uti contrà *Bartol. in l cum quidam num.* 3. *ff. de ann. legat.* tenet *Menoch lib.* 4. *præsumpt.* 132 *per tot. Tiraquel. in repet. l. Boves §. hoc sermone ff de verbor signficat. vers.* 48. *inter regul. divers.*, & *limit.* 15. *per tot. fol.* 586. *Giovagn. consil.* 84. *num.* 14. *Adden. ad Sanfelic. decis.* 344 *vers.* & *legat recollect. per Sabell. §. legatum nu.* 16.

Pro executione igitur præfati Decreti anni 1633. juxtà illius formam pro annualitatibus decursis post biennium relaxari potest mandatum executivum, sicuti practicatum fuit in causa sepè dicti legati Pinti, coram justissimo, ac doctissimo R. P. D. Sinibaldo Judice in Curia R. Fabricæ privativo, & in aliis locis coram Episcopo, uti firmatum
520 fuit supra, in qua causa legati Pinti cum PP. Theresiani aliam subalternam excitaverint injustam prætensionem de non solvendo annualitates decursas, ex quo fructus hæreditarii non fuerunt per illos percepti, emanavit proptereà contra ipsos relaxatio mandatorum, tàm contrà bona hæreditaria q. Fabritii Pinto, quam contrà bona propria juxta Sententiam inferiùs adducendam, adversùs quam mandati relaxationem, cum de novo iidem PP.

The-

Thereſiani recurſum fecerint ad eamdem Sacr. Congr., iſta partibus auditis ſub die 25. Septembris 1709. reſcripſit. *Quoad mandatum contra bona hæreditaria ſine præjudicio ad effectum exequendi ſuper fructibus. In reliquis alteri qui ad legitimam, & amplius*, ideſt, cauſa proponatur.

521 Hujuſmodi reſcriptum in ſubſtantia continet denegationem appellationis, quoad mandatum relaxatum contra bona hæreditaria cum motivis deductis in informatione diſtributa coram eadem S. Congregatione inferiùs pariter deducenda, & admiſit appellationem quoad mandatum relaxatum contra bona propria cum clauſula præſervativa viæ executivæ contentæ in verbis alteri &c. *nempè alteri Judici, qui procedat ad legitimam executionem mandati*, prout de jure *Cardinal. de Luca de judic. diſc* 40. *num.* 15., *& in relat. Cur. diſc.* 31. *num.* 34.

Sententia R. P. D. Sinibaldi Judicis Rev. Fabricæ publicata die 12. *Auguſti* 1709. *per acta de Auguſtinis Notarii Tribunalis dict. R. Fabricæ.*

522 CHriſti nomine invocato. Pro Tribunali Seden., & ſolùm Deum præoculis haben. per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de juriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coràm nobis in prima, ſeù alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter Rev. Fabricam S. Petri Actricem ex una, ac RR. PP. Thereſianos Diſcalceatos S. Thereſiæ Civitatis Salerni hæredes teſtamentarios qu. Fabritii Pinti reos conventos partibus ex altera de, & ſuper executione Decreti Rev. Fabricæ emanati ſub die 14. Februarii 1633., ac Decretorum Sac. Congregationis Concilii ſub die 12. Junii 1704., & Sac. Congr. Rev. Fabricæ reſpectivè emanatorum ſub diebus 20. Julii 1707., & 9. Februarii 1708. ſuper obſervatione ejuſdem Decreti Rev. Fabricæ 14. Junii 1633., rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis. Dicimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitivè ſententiamus firmis remanentibus mandato, ſeù mandatis executivis pro executione dictorum Decretorum reſpectivè relaxatis; ac illorum obſer-

observatione dd. PP. Thereſianos reos conventos in executionem præfatorum Decretorum teneri, & obligatos eſſe ſolvere annuum legatum per viam eleemoſynæ relictum per dictum Fabritium Pinto in ejus ultimo, ſub quo deceſſit, teſtamento rogato ſub die 26. Julii 1699., & aperto ſub die 26. Decembris 1701. per acta Caroli Baronæ Notarii Salernitani ſeù &c. RR. PP. Capuccinis: RR. PP. S. Laurentii, & RR. PP. S. Nicolai, Religioſis Divi Franciſci dictis de Obſervantia, & ſtrictioris obſervantiæ, ſeù Reformatis, & obſervantibus reſpectivè ejuſdem Civitatis in omnibus, & per omnia ad formam, & tenorem præſcriptum in dicto decreto R. Fabricæ S. Petri, emanato uti ſupra die 14. Februarii 1633., & non alias alitèr, nec alio modo adeoque redditionem per eoſdem PP. Thereſianos factam de bonis hæreditariis dicti qu. Fabritii Pinto, ac de fructibus illius hæreditatis, & bonorum hæreditariorum, uti inſufficientem injuſtam, & inhabilem non obſtetiſſe, neque obſtare ad effectum impediendi executionem dd. enunciatorum decretorum, & pro illorum obſervatione executionem teſtamenti, ſeù teſtamentorum per nos relaxatorum, victoſque victrici in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus, non ſolum hoc, ſed omni &c.

F. Sinibaldus Judex.

In executionem Decretorum ſuperiùs recenſitorum fuit datum mandatum tenoris infraſcripti.

523 COllegium Emin.rum, & Rev.rum D. Cardinalium S. C. Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe Deputatorum: univerſis, & ſingulis DD. quarumcunq; Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, aliorumque locorum S. R. E. mediatè, & immediatè ſubjectis Epiſcopis, Gubernatoribus, Vicariis, Locumtenentibus, Judicibus, Commiſſariis, tàm ordinariis, quàm extraordinariis etiam noſtris cujuſcumque authoritatis Notariis quoque, & Mandatariis, necnon Baroncellis, executoribus, & ſubexecutoribus, cæteriſque juratis nunciis, ac juſtitiæ miniſtris per Civitatem,

tatem, & Diæcesim Salernitanam, ac aliàs ubilibet constitutis illisque, vel illis ad quem, vel quos præsentes nostræ litteræ præsentabuntur salutem in Domino &c. Noveritis qualiter vertente lite, & causa coram nobis, sive infrascripto R. P. D. Sinibaldo nostro Generali Auditore, & dictæ Rev. Fabricæ Judice ordinario inter Rev. Fabricam S. Petri ex una, & R. Conventum, ac RR. PP. Carmelitas Discalceatos Civitatis Salerni hæredes quond. Fabritii Pinti reos conventos partibus ex altera de, & super solutione annualium Eleemosynarum relict. per dict. qu. Fabritium Pintum RR. PP. Cappucinis Reformatis, & Minoribus Observantibus ejusdem Civitatis decursarum à die obitus dict. qu. Fabritii secuti die 26. Septembris 1701., & non solutarum ad formam jurium, de quibus in actis, tandem nos, sive R. P. D. Sinibaldus Judex citato, & relat. D. Francisco Maria Falconio Procuratore de V. Conventus, & Patrum Adversariorum per R. C. mandatarium, ut moris est, hoc præsens mandatum executivum pro scutis 405. monetæ Neapolitanæ pro nunc, & sine præjudicio ma. & ver. summæ, ac jurium ad effectum tamen exequendi super fructibus bonorum omnium cujusvis generis qualitatis, & speciei ad hæreditatem dicti quon. Fabritii Pinti spectant., & pertinent., decernend. relaxand fore, & esse dixit, & consensit prout nos etiam concedimus, decernimus, & relaxamus, & sub infrascriptis pœnis exequi, & servari volumus, & mandamus respectivè per præsentes. Quocircà authoritate Apostolica &c. tenore præsentium vobis omnibus &c. committimus, & in virtute S. Obedientiæ, ac sub 500. d. auri de Camera R. Fabricæ S. Petri de Urbe applican. &c. & in iuris subsidium excommunicationis aliisque Ecclesiasticis Censuris, & pœnis arbitrio &c. strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis &c. suprascriptum V. Conventum Carmelitar. Discalceator. Salerni ad dandum, & solvendum R. Fabricæ S. Petri de Urbe, sive ejus legitimo Procuratori dict. scut. quatuorcentum, & quinque monetæ Neapolitanæ ut suprà debit. una cum aliis juliis viginti duobus monetæ Romanæ pro expensis mandati sine præjudicio aliarum in Curia fact. necnon ad

reficiendum omnes, & singulas alias expensas in partibus præmissorum causa, & occasione legitimè facien. per omnium, & singulorum bonorum cujusvis generis, qualitatis, & speciei ad hæreditatem qu. Fabritii Pinti quomodolibet spectan., & pertinen. ablationem sequestrationem, & deliberationem, ac per quemcunque modum canonicum licitum, & honestum vobis magis benè visum cogatis, & compellatis, ac cogi, & compelli faciatis usq; ad integram dict. summæ debitæ, & expensarum satisfactionem &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex dicto nostro Collegio hac die 28. Junii 1709.

Fr. Sinibaldus Jud. Ordin. Antonius Nicolaus Polus de Augustinis S.C. Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe Not.

Locus ✠ Sigilli.

Informatio distributa per RR. PP. Theresianos in S. C. Rev. Fabricæ sub die 25. Septembris 1709.

Salernitana Legati.

524 EMinentiss., & Rever. Domine. Fabritius Pintus in ejus Testamento condito anno 1699, & aperto die 26. Decembris anni 1701., quo obiit, relictis quampluribus legatis manualibus unica vice præstandis in summa libr. 500., & ultra, & annuis, ac perpetuis in annuo fructu scutorum 134. hæredes Universales instituit PP. Carmelitas Discalceatos Sanctæ Theresiæ Civitatis Salerni ea sub lege, quod donec vixerit Anna Testatoris Soror fuisset ista hæres usufructuaria majoris partis suæ hæreditatis designando singula bona in Testamento, postquàm autem Vitam cum morte commutaverit, usufructus cum proprietate relicta dd. PP. consolidaretur, & quòd isti fructus impendi deberent nempè duc. 50. annui in emptionem librorum prò amplianda Bibliotheca Testatoris, quàm voluit esse ad publicam utilitatem, & reliqui fructus in constructionem Conventus adhuc imperfecti; & terminationem Fabricæ Ecclesiæ; ex bonis verò, quæ Testator actu reliquerat dd. PP. paritèr in ejus Testamento designata voluit, quod ex illorum paritèr fru-

ctibus

ctibus una cum fructibus Capitalium, quæ comparari jussit ex retractu hyconum, tabularum pictarum, & argentorum in eodem Testamento simili modo descriptorum persolverentur annui ducati 30. Ecclesiæ S. Matthei pro perpetuo anniversario, & ducati 54. pro quotidiana pitantia PP. Mendicantibus Cappuccinis, & Minoribus de observantia in obulis 15. singulo die, & illud, quod solutis antedictis legatis superesset, erogaretur in celebratione tot Missarum prò suffragio propriæ Animæ, ut constat ex illius Testamento de quo *Summ. num.* 1.

Ultrà dicta Legata manualia, & perpetua, cum Testator reliquerit alia debita usq; ad summ. duc. 230., & ultrà, quæ urgebant, & in hæreditate nulla fuerit reperta pecunia numerata, qua dimitti potuissent, fuit prò parte dictorum Patrum Principalium supplicata Sacra Congr.
525 Concilii, ut dignaretur licentiam concedere vendendi argenta, quæ implicari ordinaverat dictus Testator in emptionem Capitalis fructiferi, ut ex fructibus ejusdem Capitalis coacervatis, cum redditibus hæreditariis solverentur legata annua, dictaq; Sacra Congregatio recognita veritate insufficientiæ hæreditatis ex documentis, de quibus *num.* 2., licentiam petitam concessit, ea tamen lege adiecta, ut *prò reintegratione dicti pretii argentorum ex destinatione Testatoris in Capitale redigendi omnes, & singuli fructus hæreditatis singulo anno à Patribus hæredibus deponerentur, donec pervenissent ad summam constituentem Capitale dictorum argentorum*, proùt Patres Principales se obligarunt in Cancellaria Archiepiscopali, etiam sub censuris hæc omnia adimplere, *ut num.* 3.

Existimantes PP. Carmelitæ in vim Bullæ Clementis VII. devenire posse ad transactionem, cum Patribus Mendicantibus legatariis, ut prævia certa summa solvenda à perpetua præstatione pitantiæ se eximerent, recursum habuerunt ad eamdem Sacr. Congregationem Concilii prò confirmatione jam initæ concordiæ, & dicta Congregatio illam denegavit 5. Decembris 1705. rescribendo = *Lectum*.

Cum autem dicti Legatarii non potuissent satisfieri ex insufficientia redditium, qui satisfacto Anniversario annuo

 duca-

ducatorum 30. cæteri omnes alii fructus juxtà legem datam à Sacra Congregatione Concilii deponebantur singulo anno prò reintegratione Argentorum: Egerunt in eadem Sacra Congregatione, in qua disputatum fuit super capacitate retinendi legatum, & emanavit resolutio = *Observentur decreta Sacr. Congregationis Rev. Fabricæ 14. Februarii 1633.*, prò cujus executione successivè adiverunt Tribunal A.C., qui pronunciavit Patres legatarios antedictos esse omninò incapaces dicti legati, ut est inter partes in confesso.

Stante ergò hac declarata incapacitate legatariorum insurrexit R. Fabrica contendens dictum legatum ad se spectare, e converso Patres hæredes Principales nostri contendebant nullum jus assistere eidem R. Fabricæ, attenta clara, & indubitata dispositione Testatoris, qui prævidendo hunc præcisum casum incapacitatis legatariorum, voluit legatum adimere, ac si scriptum non fuisset, substituendo Principales suos hæredes, injungendo insuper, quòd nullum jus acquireretur Rev. Fabricæ juxtà decisa in his præcisis terminis scribentibus defensoribus Tribunalis in celebri Imolen. donationis sub diebus 20. Junii 1707., & 9. Februarii 1708., atque ideò proposita Causa placuit huic Sacro Tribunali alitèr declarare quam decidit in illa Causa Imolen. rescribendo = *Observentur decreta 14. Februarii 1633. emanata*.

In executionem hujus resolutionis prò parte R. Fabricæ fuit institum prò applicatione legati, & respectivè solutione, Patres verò Principales nostri allegarunt non teneri, quo usque fuerit completum depositum, seù capitale argentorum, ut supra distractorum, ac dimissum æs alienum Testatoris, quamobrem ad effectum dignoscendi hanc allegatam insufficientiam fuit subdelegatus Judex in partibus Commissarius ejusdem R. Fabricæ, qui in Civitate Salernitana præest, & visis per eumdem libris, processibus, aliisque documentis retulit, quòd hæreditas est in debito in ducatis 800., & ultrà *Summ. num. 4*.

Et licèt hac relatione attenta Rev. P. D. meus Sinibaldus debuisset suspendere præstationem controversi legati tamen non sine evidentissima iniustitia duo inevitabilia grava-

gravamina intulit; Primum relaxando mandatum contra bona hæreditaria legantis, quando de jure, & mente Testatoris non nisi ex fructibus legata annua, & præsertim hoc ipsum, de quo quæritur, persolvenda jussit, *ut dicto num.* 1., & secundum, relaxando exequatur contrà bona propria nostri Conventus, quodque in auditum est etiam contrà personas ipsorum PP. Principalium *Summ. num.* 5., à quibus propterea supplicamus pro appellatione, quæ in omnibus ad utrumq; effectum videtur admittenda, ut humiliter supplicamus.

Siquidem quod attinet ad mandatum relaxatum contrà
526 bona hæreditaria Fabritii Testatoris, major dari non potest Injustitia, quià non nisi super fructibus hæreditariis non autèm super bonis, & capitalibus relaxandum erat, namquè ex juris dispositione legatum annuum, quale est illud, de quo quæritur, ex fructibus debetur *Card. de Luc. delegat disc.* 37. *num.* 5. *Coccin. decis.* 1903. *nu.* 38. *Cerrus decis.* 789. *num.* 4., & alibi passim *Surd. decis.* 28. *nu.* 2., & *Rot. decis.* 73. *num* 1 *coràm Buratt*, & *in rec. decis.* 316. *num.* 16. *parte* 12., ubi concor., & eo certiùs ex clara dispositione Testatoris, qui jussit ex ejus introitibus legatum antedictum fore solvendum, *ut dicto num. primo*, & magis magisq; ex eo, quòd Testator fructus, & redditus eorum bonorum, quæ tàm in proprietate, quàm in usufructu actu reliquit Patribus Principalibus nostris, distribuit primo loco in solutionem perpetui anniversarii, secundo loco in præstationem controversi legati pitantiæ, & tertio loco in eo, quod superesset ex dd. redditibus, celebrarentur a nostris Patribus tot Missæ. Prò alia verò parte suæ hæreditatis modò possessa ab ejus Sorore, quando ususfructus consolidaretur per obitum illius cum proprietate, fructus similitèr distribuit, nempè ducatos 50. in ampliationem ejus Bibliotecæ, & reliquos in constructionem Conventus, & Fabricæ, *ut d num.* 1.

Undè quando etiam cessaret expressa voluntas Testatoris,
527 quod fructibus dumtaxat salvis Capitalibus solverentur legata annua perpetua, quæ in casu nostro negari nequit ex clara littera Testamenti ibi = *Quali rendite di detta Compra &c. unite coll' altre rendite lasciate al mio Monistero*

Erede &c. l' habbino essi PP. per sodisfare, e pagare li legati, & altre mie disposizioni, ut infrà = Satis sufficiens fuisset etiam hæc eadem distributio fructuum, & modus solvendi dicta annua legata, ad hoc, ut Judex facilè percipere potuisset in summam Injustitiam incurrere, decernendo solutionem hujusmodi legati ex capitali, non autem ex fructibus, ut benè firmat *Card. de Luc de legitima discurs. 25. num. 23.*, cum aliis ibidem allegatis, & cessare videtur omne dubium ex eisdem decretis hujus Sac. Congregationis emanatis 14. Februarii 1633., ubi litteris cubitalibus prohibetur exactio legati hujusmodi super capitalibus, ne tractu temporis per illorum distractionem legatum extinguatur.

528 Multò præfulgentior est Injustitia respectu exequatur contrà bona propria contrà PP. Principales relaxati, quamvis enim de ea agendum non esset, in præsenti, quo agitur ad effectum obtinendi suspensivam appellationem, cum nimis regulare sit in nostris Tribunalibus ab eo dari appellationem ad utrumque effectum, juxtà firmata per *D. Constant. ad Stat. Urb. annot. 52. artic. 1. sect. 7. num. 330.* cum ibidem allegatis.

Nihilominùs patet ex redditione rationis facta coràm Commissario Fabricæ servatis servandis in hæreditate, qua de præsenti fruuntur hæredes, quod nulli fructus superextant, ex quibus solvi possit legatum controversum; Imò ex relatione dicti Commissarii constat dictam hæreditatem esse adhuc in debito in summa 800. & ultra, *ut dicto nu. 2.* proindeque cum Testator prò hisce operibus piis, & legatis

529 distribuerit suos fructus hæreditarios, quotiescumque isti deficiunt, donec non extant, legatum remanet suspensum, & hæredes ad nihilum tenentur *l. nomen Debitoris §. Uni ex hæredibus ff. de legatis, & in puncto Merlin. decis. 55. num. 1.* cum aliis ibidem allegatis, & consequentèr multò minùs tenentur legata de proprio persolvere, ut jussit, & mandavit Rev. P. D. Sinibaldus, relaxando exequatur contra bona propria.

Non obstat, quod hæreditas reddat fructus sufficientes in summa ducat. 134., ex quibus commode præstari potest legatum pitantiæ, quià cum fructus hæreditarii juxtà

præ-

præceptum Sacræ Congregationis Concilii deponi debeant, & deponantur pro reintegratione Capitalis argentorum de ejus licentia sub ea obligatione deponendi omnes, & singulos fructus hæreditarios concessa distractorum, ex quo Testator demandavit quod illorum pretium erogaretur in emptionem Capitalis fructiferi, ut ex illius fructibus unà cum aliis hæreditatis legata hujusmodi solvantur, non possunt hæredes contra dictum præceptum, & propriam obligationem sub censuris emissam dictos fructus in alios usus convertere.

Nullatenùs attenta replicatione, quod soluto hujusmodi
530 legato pitantiæ, quod superest ex dictis fructibus veniet deponendum, quoniam Sacra Congregatio mandavit *omnes, & singulos fructus* per Patres deponi prò reintegratione Capitalis argentorum; Undè cùm universaliter legem hanc indixerit, non possumus alitèr interpretare, nec illa alitèr sumi valet, nàm quatenùs legatum solvatur ex hisce fructibus deponendis pernecesse sequitur, quod non *deponuntur omnes, & singuli fructus*, quæ dictiones veluti universalissimæ restrictionem aliquam non recipiunt.

Quod manifestum fit ex duplici circumstantia, altera nempè, quòd dictæ Sac. Congregationi innotuit Tenor Testamenti, & relictorum à Fabritio Pinto, & *præcisè legati controversi*, ut ex relatione Archiepiscopi, quæ licentiam alienandi de more præcessit *Sum. d. num.* 3. & proindè data licentia, quod ex fructibus hæreditariis legatum hujusmodi solvendum foret in necessariam consequentiam venit, quòd demandando dicta Sacr. Congregatio depositum *omnium, & singulorum fructuum* hæreditariorum, voluit, quòd legatum istud remaneret suspensum donec depositum ascenderet ad summam, quam importavit valor argentorum distractorum.

Altera circumstantia est, & ex hac oritur ratio, qua Sacr. illa Congregatio voluit suspendere præstationem totius dicti legati, quòd fructus hæreditarii destinati prò reintegratione argentorum implicandorum in emptio-
531 nem Capitalis fructiferi, tanquam subrogati in locum argentorum distractorum, quorum pretio ex destinatione

Testatoris comparari debet capitale fructiferum; considerari non possunt uti fructus, sed uti capitale *Rot. coram Coccin. decis.* 1021. *num.* 51., & consequentèr si capitale distrahi nequit prò solutione annui legati, minùs ex fructibus depositatis, & deinceps deponendis, qui loco capitalis sunt destinati *Text. in l. res quæ ff. de jur. dotium*, *Rot. decis.* 272. *num.* 1. *par.* 18. *rec.*

Et ad hunc effectum porreximus in Sacr. Congregatione Concilii memoriale, in quo supplicata fuit prò declaratione, an Sacr. Congregatio demandando depositum omnium, & singulorum fructuum senserit, quòd legata annua interim suspendenda essent, & sub die 8. Augusti proximi præteriti rescripsit = *Audiantur Ministri Rev.*
532 *Fabricæ*, undè donec Sacr. illa Congregatio ejus sensum non declaraverit in omnem extremum casum non erat locus relaxationi exequatur, quod fuit relaxatum à R. P. D. Sinibaldo per duos dies, antequàm dictum rescriptum emanasset.

Absque eo quòd relevet, quòd in redditione rationis supradicta calculatæ fuerint ad debitum hæreditatis expensæ litis super legato, de quo agitur in summa duc. 400., quæ bonificandæ non sunt; Quoniam ut supra exposuimus, Testator mandavit, quòd casu, quo legatarii incapaces existerent, veluti profitentes extremam paupertatem, retinendi hujusmodi perpetuum, & quotidianum legatum, hoc haberetur, ac si scriptum non fuisset, & recaderet ad suos hæredes, *ut d. num.* 1. Hinc fit quod agitata hujusmodi causa in Tribunali A. C. in Sacr. Congregatione Concilii, & in hoc Sac. Tribunali in quibus inca-
533 pacitas canonizata remansit, & ob eam Rev. Fabrica legatum sibi applicari prætendit, expensæ idcircò factæ in hujusmodi lite sunt omninò reficiendæ, maximè quando legatum redit ad hæreditatem pro suffragio animæ Testatoris, qui omnes fructus suæ hæreditatis in alios usus pios distribuit *Rota decis.* 10 *num.* 6., *&* 9 *par.* 19. *recent.*, *& decis.* 761. *num.* 3. *par.* 18. *tom.* 2.

Sed ad claudendum os parti, & usque ad evidentiam demonstrandam injustitiam exequatur à Judice relaxati, habemus in facto, quod expensæ erogatæ in præfata lite ascen-

ascendunt ad summam ducatorum 223. ut *num* 6. aliæ verò expensæ versantur circà aditionem hæreditatis, &
534 confectionem Inventarii eodem *num.*6., quæ absq; dubio ex hæreditate debentur *Urceol. consult. forens. cap.* 20. *num.* 29. *& per totum*. Quamobrem concesso ad sensum partis, quod summa antedicta ducatorum 223. non esset bonificanda, adhuc hæreditas, quæ debitrix est in scut. 800., & ultrà ut dicto *num.* 4. remaneret in debito in ducat. 600. circitèr, adeo ut semper sit verum, quòd legatum hujusmodi annuum donec dicta summa reintegretur præstari non debeat ex deficientia fructuum, ex *quibus dumtaxat* præstandum venit tàm ex Juris, quàm Testatoris dispositione.

Et omnia coronat animadversio, quod R. P. D. Sinibaldus relaxavit exequatur contra personas Religiosorum, quod numquam in jure firmatum visum est, nec in praxi servari auditum est.

Quarè &c.

Franciscus Maria Falconius.

Informatio data per Rev. Fabricam in S. C. ejusdem S. Tribunalis sub die 25. *Septembris* 1709.

Salernitana Eleemosynarum.

EMinentiss., & Rever. Domine. Fabritius Pinto in suo Testamento reliquit hæredes proprietarios RR. PP.
535 Theresianos Discalceatos in quibusdam bonis dantibus annuum fructum duc. 167. proprietarios, & usufructuarios in aliis, reddentibus annuum fructuum duc. 185., ac in argentis, Bibliotheca, tabulis pictis, Aulæis, & pecuniis excedentibus summam duc. sex mille, & mandavit statim secuto illius obitu ista mobilia fuisse vendenda, & eroganda in satisfactionem Legatorum annuorum, inter quæ adest unum obulorum quinque relictorum pro Eleemosyna PP. Cappuccinis, Reformatis, & Observantibus pro quibus expressè assignavit dictum annuum fructum ducat. 185. prout expressè resultat ab illius Testamento *Summario num. primo*.

De

De anno 1703. PP. Thereſiani recurſum fecerunt ad Sanctiſſimum pro declaratione præſentis Legati, à quo remiſſa cauſa ad Sacram Congregationem Concilii, & concordato dubio; *An Legatum eſſet præſtandum* ſub die 22. Junii 1704. emanavit reſolutio. *Obſervetur Decretum Rev. Fabricæ 14. Febr. 1633.* In cujus reſolutionis executionem meditarunt Concordiam cum PP. Mendicantibus contra expreſſum Decretum ejuſdem Rev. Fabricæ emanatum ſub die 15. Decembris 1646. *adduct. per Lantuſ. in Theatr. Regul. verb.* Bona Temporalia, quo cautum reperitur hujuſmodi Concordias ſub pæna Excommunicationis eſſe prohibitas, & petierunt coram eadem Sac. Congregatione ſub die 5. Septembris 1705. confirmationem præfatæ Concordiæ, quæ de plano fuit rejecta.

Nec quieſcentes, imò prætendentes iidem PP. Thereſiani ſtatum hæreditarium non eſſe ſufficientem pro onere dictorum Legatorum, & exponendo cum voluminoſo Memoriali impreſſo eorum inſubſiſtentia motiva ſub die 8. Maii 1706. Eadem Sacra Congratio rejecit inſtantiam cum juſtiſſimo fundamento. Quòd, aut hæreditas erat ſufficiens, & mens Teſtatoris erat indiminutè adimplenda circa onera Legatorum ab illo præſcripta; Aut non erat, & eſſet dimittenda ad commodum Legatariorum, quia in tali caſu Rev. Fabrica appropriaſſet bona, & ſatisfeciſſet Legatis, & dicti PP. fuiſſent liberati à tali onere juxtà deducta per *Rotam deciſ. 167. num. 7. cor. Cerro*, ubi fusè DD.

Pro exequutione præfatorum reſcriptorum Sacræ Congreg. Concilii fuit actum coram A. C. à qua obtenta fuerunt neceſſaria decreta, attamen inſtantibus eiſdem PP. Adverſariis coram Signaturæ Juſtitiæ obtinuerunt, *iterum audiri* in qua nova audientia, emanata præjudiciali Sententia circà exequutionem Decreti Rev. Fabricæ anni 1633. habitus fuit recurſus ad noſtrum Supremum Tribunal, quod juſtiſſimè ſub die 20. Julii 1707. reſcripſit *circumſcripta Sententia A. C. ſervetur Decretum præfatum*, idemque confirmavit, graviter PP. Thereſianis auditis, ſub die 9. Februarii 1708. à quibus reſcriptis recurrentibus ad R. P. D. Auditorem Sanctiſſimi pro Signatura

Gra-

Gratiæ, ista recursum rejecit sub di. 8. Martii 1708.

Pro executione demum præfatarum resolutionum, & Decreti Rev. Fabricæ actum fuit coram R. P. D. Sinibaldo, & comparentibus dictis Adversariis cum meditatis prætensionibus opposuerunt ipsos fuisse promptos ad reddendam rationem de bonis hæreditariis, qui deputato Judice in partibus ad effectum supradictum, & viso processu desuper confecto, ac inutili, & curiosa redditione rationis devenit ad relaxationem mandatorum tàm contrà bona hæreditaria, quàm contra bona propria dd. PP. Adversariorum *Summario num.* 2.

Petierunt attamen coram R. P. D. Auditore Eminentissimi Præfecti supersessoriam ad effectum adeundi Tantum Supremum Tribunal, & illa denegata fuit, cumq; verò, eo non obstante ulterius intimata fuerit causæ propositio, ob id supplicamus rescribendum esse, *Nihil*, *& ad eumdem R. P. D. Sinibaldum pro taxatione expensarum*, & ex solita justitia obtinere speramus.

Justitia siquidem emanat ab eo, quòd mandata relaxata per R. P. D. Sinibaldum fuerunt in executionem dicti decreti Rev. Fabricæ 1633. per Summum Pontificem approbati, ac reiteratorum rescriptorum Sacræ Congregationis Concili, & nostri Supremi Tribunalis, adeòque in vim rei Judicatæ, quæ faciens de nigro album venit omninò exequenda *Card. de Luca de credit. disc* 92. *num.* 8. *de judic. disc.* 40. *num.* 1., *Pamphil. decis.* 478. *num.* 6.

Maximè quia agitur de rescriptis S. Congregationis emanatis audita parte, adversùs quæ Auditor Sanctissimi denegavit appellationem, & quæ fuerunt acceptata per partem adversam comparentem coram R. P. D. Sini-

536 baldo Executore illorum, itaut illis sit cervix flectenda, & omninò obtemperandum, uti cum eadem loquendi phrasi firmat *Coton. in præfat. Summæ Dian ad lect.*, *& in libr.* 3. *de cleric. controvers.* 8. *de Episcop. cap.* 3. *num* 53., *Ridolphin. in prax. judic. part. pr. cap.* 7. *num* 83., *Pasqualig. quæst. Moral centur. pr. cap.* 61. *num.* 4, *& Rota in Hispalen. juris votandi* 4 *Februari* 1697. *cor. Eminent. Caprara impress. post Eminen. de Luc. tom.* 12. *decis.* 26. *num.* 2.

537 Quoad secundam partem taxationis expensarum, etsi idem

R P.

R. P. D. Sinibaldus possit id agere absquè tali commissione, attamen quia timetur super illa aliud litigium sex ferè annorum, sicuti expertum fuit in examine instantiæ superiùs recensitæ protractæ per tot Tribunalia Urbis, meritò pro imponendo silentio pro tali commissione supplicamus, ex quo notum est omnes succumbentes teneri ad reintegrationem expensarum juxtà *decis.* 73. *coram Bichio, ac* 170. *num.* 2., *&* 254 *num.* 5, *&* 6. *coram Cerro*, imò in casu nostro in quo PP. Therebani adversùs primam resolutionem S. C. Concilii ortam de anno 1704 curarunt typis mandare quoddam responsum juris subscriptum de mense Novembris 1706 per Patrem Joseph Antonium de Sancto Matthia, ac Sententiam A. C. posteà circumscriptam per nostrum Supremum Senatum, itaut illorum contumacia esset ad terminos juris vendicanda cum solutione dupli, ea ratione, quia negans solvere Legata ad id reperitur condemnatus de jure juxtà *Text. in §. ex malefic. §. in duplum, & § sed furti ubi DD institut. de act.*,
538 *& Mevius in sua Panthel juris civil. titul.* 6. *de act. vers. Quàm pænam, & Minsinger. in institution. lib.* 4. *de act. §. eod.* imò ad amissionem hæreditatis, & commodi illius *Molin. de primog. hispan. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 15. *&* 24. *Gozadin. consil.* 34. *num.* 7. *Corn. consil.* 28. *lib pr.*, *& consil.* 302. *num.* 9. *lib* 4., & alii Doctores congesti per *Gratian discept.* 721. *nu.* 27 *cum sequent.* itaut non possit mora purgari *Jason. in leg. insulam* 15 *ff. de verb. obligat. Paul Christ. ad leg. municipal tit.* 1. *art.* 23. *num.* 2. *Urceol. de transact quæst.* 48., & alii DD recollecti per *Sabell. in summa §. hæres* 3. *num.* 18. *cum seq.*

In nihilum refragante obiecto, quòd annuæ Eleemosynæ juxtà præscripta à Testatore sunt solvendæ ab annuis fructibus hæreditatis, qui cum adhuc non sint percepti,
539 juxtà redditionem rationis datam de anno 1706., & 1709. *Summario* 3., *&* 4. Quod exindè inducatur excessus in mandatis relaxatis per R. P. D. Sinibaldum mærens revisionem.

Nam redditio rationis, est adeò insufficiens, & idealis, ut nullo modo, veniat consideranda. Posita namque evidenti dispositione Testatoris occurrit in facto illum in Testamento, reliquisse PP. Adversariis proprietatem bono-

bonorum reddentium annuum fructum duc. 167. Proprietatem, ut usumfructum aliorum bonorum, seù Arrendimentorum æquivalentium nostris Locis Montium
540 juxtà *Rovit. in pragmat. prima de jure, & exact. Fiscal. Eminentiss. de Luca de feudis discurs.* 92. *nu.* 5. dantium annuum fructum duc. 185. pecunias, & Tabulas pictas statim vendendas, & pretium erogandum in alia investimenta fructifera pro solvendo onere Eleemosynarum relictarum, legaverit Bibliothecam, & alia mobilia ingentis valoris eisdem PP. *Summario num. pr. & 5. per tot.* ac in dando rationem de hujusmodi bonis, & fructibus perceptis ab anno 1702. usque ad annum 1706. nil aliud adductum fuit in facto, quàm curiosus calculus proprio Marte confectus tantùm cum verbis *introito, & esito datus in Summario num.* 3. in quo fatetur retractam fuisse ex bonis hæreditariis summam duc. 1066. 31., & expensas duc. 1127., & non dicitur in quem usum talis summa expensarum fuit erogata, itaut cum ex testamento apareat Legata solvenda in pecunia, & Manualia non ascendere nisi ad summam duc. 249. ignoratur in quem usum fuerint erogati fructus hæreditarii percepti per dictum tempus.

De fructibus verò perceptis ab anno 1707., & 1708. juxtà alium calculum factum inter RR. PP., & Judicem in partibus deputatum, nullo interesse habente, ac Legatariis citatis, & datum nostro *Summario nu.* 4. prætenditur redditam fuisse rationem cum eo, quòd fructus percepti fuerunt ad rationem duc. 134. annuorum, quòdque ex ipsis fuerunt expensi duc. 303. in solvendo anniversario duc. 30. annuorum, & solvendis expensis præsentis litigii facti pro non satisfaciendo Legato, & reliqui asseruntur erogati in reintegrationem pretii argentorum venditorum pro solvendis Legatis Manualibus juxtà rescriptum S. Congr. Concilii.

Exadverso verò retorquetur, hujusmodi insubsistens reddi-
541 ditio rationis, & ad sensum ostenditur illius insubsistentia, siquidem omnia legata manualia solvenda in pecunia, & descripta in Testamento non ascendunt nisi ad duc. 249. itaut poterant solvi, vel cùm pecuniis repertis in

in hæreditate, & descriptis in Testamento usque ad summam duc. 905. vel in omnem casum cùm pecuniis retractis ab argentis venditis in summa duc. 788. juxtà confessionem Partis adversæ, *Summario nu. 4. litt. A in fine*, itaut duc. 185. retracti à bonis fructiferis Testatoris quolibet anno juxtà dictum illius, aut saltem duc. 134. exacti quolibet anno juxtà sensum adversariorum, *eodem Summario num. 4. litt. A* erant erogandi in satisfactionem legatorum perpetuorum ascendentium tantum ad duc. 84. juxtà visibilem calculum per nos datum *Summario num. 7.*

Attamen distinguendo bona relicta, dicimus in facto Theresianos non reddere rationem de tabulis pictis, quæ erant vendenda juxtà monitum Testatoris, & investienda in creditis fructiferis pro satisfactione legatorum perpetuorum, adeoque contraveniendo contraxerunt obligationem de proprio ex deductis per *Bicb decis.* 469. *num.* 6. *& sequen. & decis.* 380. *num.* 27. *& decis.* 591. *num.* 8.

Occupant Bibliothecam omniaque, & singula alia legata ipsis relicta, & adiverunt hæreditatem facta descriptione non citatis Legatariis interesse habentibus, ac non ser-
542 vatis solemnitatibus de jure servandis, itaut dicantur simplices hæredes adstricti de proprio ad solvenda legata annua ex *Novel.* 1 *§. Hinc vobis Autb. de bared & falc. & Autb. sed cum Testator Cod ad leg. falc. & Rota decis.* 482. *num.* 9. *coram Bicb. & in Romana pecun scii Locorum Montium* 11. *Junii* 1706. *cor. Reverendiss. Molines.*

Acceptarunt proprietatem bonorum reddentium annuum fructuum duc. 167. & cùm tali acceptatione contraxerunt cùm Legatariis, nam acceptarunt proprietatem præfatam, quæ attenta senectute Sororis potest consolidari cùm usufructu obligato pariter ad favorem Legatariorum, *Bicb. decis.* 58. *nu.* 20. *cum seq.*, *& decis.* 562. *nu.* 20.

Itaut militet clarum dilemma, aut omnia legata relicta per Testatorem gaudent communi, & promiscua fortu-
543 na, & in tali casu, etiamsi per duram hypothesim alienam à facti veritate, bona non sufficerent, & nostra legata, uti pia essent præferenda prophanis *Bartol. in l. si quis servum § final. num.* 6. *Leoncil. de privileg. pauper. part.* 2. *privileg.*

privileg. 218. *Rota par.* 12. *rec decis.* 286. *num.* 13., & cum
544 aliis legatis piis contribuenda, cùm non sit justum, ut unus legatarius gaudeat in consecutione Legati, uti sunt PP. Theresiani gaudentes Bibliotheca Aulæis, ac Horologio, & aliis mobilibus eisdem legatis, & alius remaneat nudus, *Cardin. de Luca de legat. disc.* 7. *num.* 7. *disc.* 41. *num.* 4 *& alibi.*

Aut diversam sortita fuerunt sortem, ex quo Testator assignando bona illis imposuit onus Legatorum, uti
545 reverà eruitur à lectura Testamenti, & in tali casu quia pro legato annuo Anniversarii ducat. 30. & eleemosynarum factarum PP. Mendicantibus D. Francisci in duc. 54. fuerunt destinata, & assignata bona descripta in eodem Testamento redditus annui duc. 185. *dicto Summar. num.* 1. *litt. E. F.* ista non potuerunt destinari in alium usum, ex quo sunt specialiter hypothecata pro legatis præfatis annuis, itaut pro consecutione illorum ad exclusionem cujuscumque alterius Legatarii prophani, tamquam pii competat via executiva, actio personalis reivindicatio, & hypothecaria, *leg.* 1. *ubi Bald. Jason, & alii Cod. de legat. Natta consil.* 235. *num.* 10. *Grat. discept. forens. cap.* 62. *nu.* 27. *Merlin de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 14 *per tot. Bich. decis.* 591. *num.* 8. *& decis.* 430. *num.* 21. *Cer. decis.* 477. *num.* 1.

Ob quam rem inutile est subterfugium, quod PP. Theresiani erogaverunt fructus perceptos in reintegrationem pretii argentorum venditorum pro satisfaciendis legatis manualibus juxtà Decretum S. C. Concilii datum *Summario num.* 6. Ex quo fatales occurrunt responsiones.
546 Inter quas, prima est illa, quòd PP. Theresiani extorserunt tale rescriptum non citatis Legatariis, illisq; inauditis. Secunda quod Mens S. C. uti educitur à dicto decreto, non fuit, quòd argenta venderentur, quòdq; fructus annui destinati pro adimplemento Legatorum erogari debuissent in reintegrationem argentorum, & de facto mandavit PP. Mendicantes Legatarios forè citandos, qua citatione secuta, illisq; auditis post dictum decretum, sub die 22. Junii 1704. cùm deputatione dubii. *An legatum sit præstandum*, rescripsit *observetur*

De-

Decretum Rev. Fabricæ 14. *Februarii* 1633. quod est idem, ac si dixisset, legatum esse præstandum per hæredes PP. Mendicantibus, si volunt liberè, & gratis per viam eleemosynæ illud solvendum. Sin minùs ad commodum Rev. Fabricæ etiam coactè, ex quo decretum Rev. Fabricæ effectivè, & realitèr ità mandat adimpleri hujusmodi legata, & ulterius de annis 1705., & 1706. facta concordia super dd. legatis cùm PP. Mendicantibus juxtà sensum Theresianorum expressum in eodem supplici libello dato de anno 1703. præfato, *Summario nu. 6. litt. A.* eadem Sac. Congregatio Concilii rejecit concordiam, ex eo quia constanter fuit in sensu dicta legata fuisse adimplenda ex parte Theresianorum hæredum.

Et citrà omnem difficultatem, nam tale decretum percutit fructus hæreditarios annuos erogandos in proprium usum per hæredes, & isti sunt duc. 50. annui, qui percipiuntur ex bonis assignatis à Testatore, ultra alios duc. 84. assignatos pro eleemosynis Mendicantibus, & duc. 167. percipiendi per ipsos secuto Sororis Testatoris usufructuariæ, obitu ac illi qui perciperentur si Theresiani vendidissent juxtà monitum Testatoris, & dictum Decretum S. C. Concilii anni 1703. statim tabulas pictas, & reinvestiissent pretium, *dicto Summario num. 5. per tot.*

Alias si attenderetur dictum Theresianorum deberemus dicere mentem S. C. fuisse defraudare Mendicantes annuis legatis Piis, & pingue facere PP. Theresianos, quòdque annuæ summæ assignatæ pro legatis Mendicantibus
547 essent erogandæ in satisfactionem Legatorum manualium, quod uti destructivum dispositionis Testatoris nullimodè esset tollerandum.

Demum nihil relevaret si diceretur mandatum relaxatum contrà bona hæreditaria qu. Fabritii Pinto Testatoris esse injustum, ex quo istius bona juxtà illius dispositionem debent perpetuò permanere pro fundo Legatorum, & non possunt vendi, neque deliberari.

Ex quo tale objectum esset in mera simplici apprehensione; mandatum namque relaxatum contrà bona hæreditaria non est executum, neque aliquis somniavit illud exequi facere super bonis hæreditariis ad effectum vendendi,

dendi, & deliberandi in quo casu apprehensio esset directa à judicio; verùm fuit ità relaxatum secundum notam praxim; ad effectum verò illud exequendi super fructibus hæreditatis, secundum notas facultates Rev. Fabricæ, itaut hujusmodi timor exequendi capitalia non possit perturbare justitiam mandati relaxati, & exequibilis super fructibus capitalium obligatis, & hypothe-
548 catis pro satisfactione eleemosynarum, ac super bonis propriis Theresianorum hæredum, qui dictos fructus perceperunt, consumpserunt, & Legatariis non consignarunt ex *l. continuus* 137. *§. Cum ità in fin. ff. de verborum obligat. & in leg. firmio § Pater ubi glos. ff. quand. dies legat. ced. Cravet. cons.* 16. *nu.* 4. *Grat. discept. forens. cap.* 294 *nu.* 14. 23. & 30. *Surd. decis.* 28. *num* 2. *Cerr. decis.* 717. *nu.* 1. & 2. Quarè &c.

Petrus Marcellinus de Luccia.

SALERNITANA

Incapacitatis legati pitantiæ quotidianæ perpetuæ.

CONTRA

Patres Observantes, Reformatos, & Capuccinos Legatarios.

PRO

Patribus Carmelitis Disc. hæredibus.

RESPONSUM JURIS IN SENSU VERITATIS.

Patr. Fr. Joseph Antonii de S. Matthia Carm. Disc. in Pisana Universitate Juris Utriusq; Doctoris.

Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia magna, & non abscondi veritatem tuam à Concilio multo.
Psal. 39.

PRo Justitia, & Veritate simpliciter scribo, ut optimè sciunt qui me norunt, & omnia mea Scripta clarissimè indicant. Itaque in hoc mihi injuncto *Juris Responso* ponam fideliter, quæ mihi secundùm veritatem sanæ doctrinæ dicenda esse videntur. Et rejectis extraneis quæstionibus, circà propositum Articulum me totum revolvam.

INQUIRITUR ERGO.

AN Venerabiles Patres Minores S. Franciſci de Obſervantia, Reformati, & Capuccini, ſint aliquo modo capaces, nec ne, attenta eorum Regula, ac Paupertate quam voverunt, annui, immò quotidiani, ac perpetui legati pro eorum alimonia, ſeù (ut loquitur Teſtator

549 noſter) *pro mineſtra, ac Pitantia?*

Si enim ſemel aſtruatur, eos eſſe aliquo modo capaces hujus legati: procul dubio Patres noſtri hæredes illud ſolvere tenebuntur, ſi non ſtricto jure, ſaltem de æquitate, & ad minimum in conſcientia. E contra verò, ſi oſtendatur eos hujuſmodi legati eſſe omninò incapaces: eadem certitudine Patres noſtri hæredes non tenebuntur, neque in conſcientia illud ſolvere: immò potiùs tenebuntur in conſcientia illud non ſolvere; ne aliter faciendo, ſub ſpecie charitatis cooperentur fractioni Votorum, & deſtructioni Regulæ Seraphici Patriarchæ.

DISPOSITIO TESTATORIS.

ITaque Teſtator noſter Doctor Fabritius Pintus Salernitanus, ſcripto ſibi hærede in proprietate, & quandiù vixerit Anna ejus ſoror in uſufructu pro medietate, ea

550 verò defuncta in toto, naſcenti Conventu Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum S. Thereſiæ Civitatis Salerni: cum ea expreſſione, *acciocchè delli frutti di queſta mia eredità ſe ne poſſano ſervire per la fabbrica del loro Convento, & altri loro biſogni:* ad favorem dictorum Patrum Sancti Franciſci legavit in hæc verba. = *Ma anche laſcio, che li detti miei Eredi paghino ogni giorno eleemoſinaliter per pietanza di mineſtra, & altro loro neceſſario, grana cinque alli Padri Capuccini, altre grana cinque alli Padri Oſſervanti, & altre grana cinque alli Padri Reformati del Monaſtero, non dell' Infermeria di queſta Città: mentre in tanti anni hò conoſciuto quanto ſtentano, e s'affatigano detti Padri, e loro Cercanti, in trovar carità per mineſtra, & altri loro biſogni. Quale legato per Pietanza può farſeli, & eſſi ne ſono capaci, come diſcorrono i Dottori morali: nè repugna alla loro Regola, per eſſer elemoſina, che ſe li dà per vivere ogni giorno. E la mia memoria non erra: oltre tante Autorità vi è una puntuale*

suale dottrina del Baldo riferita dal Bertachino, verb. legatum. Ma quando per mia disgratia di non poter participare di questa carità essi Padri non fussero capaci, e pretendesse la Fabbrica subentrare in questo legato: in tal caso annullo, invalido, e dò per irrito, non scritto, nè fatto detto legato: non volendo che detta Fabbrica acquisti nessun jusso, ma che come non fatto, nè disposto, resti libero à detto Monastero Erede, e suoi Padri, sodisfare ogni giorno, e pagare detta Carità à nessun altro, che solo à detti Padri, à chi eleemosinaliter l'ho lasciato. E così ordino, e voglio s'esseguisca, nè in altro modo, salvo questo. = Insuper expressè determinavit modum, materiam, ac diem solvendi hoc legatum, dicens, quòd secuta ejus morte vendantur omnia ejus mobilia consistentia in quibusdam Argentis valoris ducatorum 700. & in quibusdam Tabulis pictis valoris ducator. circitèr 600. atque ex eorum pretio emantur tot capitalia fructifera, & ex fructibus horum capitalium, unà cum fructibus reliqui assis hæreditarii, solvantur omnia ejus legata perpetua, & non aliter, ut pluriès legitur repetitum in ejus testamento.

Qua stante dispositione, jam satis in præcedenti Scriptura *Facti* demonstravi, quòd adhuc data (semper tamen negata) in Patribus Franciscanis hujus legati capacitate: nihilominus Patres Theresiani hæredes non teneantur solvere *bodie* hoc legatum, cum obligatio illud solvendi nondum advenerit, nec advenire possit, nisi ad minimum post duodecim annos, quando Patres hæredes incipient suscipere aliquem fructum ex hac hæreditate, ut latiùs ostendi in dicta Facti Scriptura. Sed quatenus dictum capitale hæreditarium, ex cujus fructibus hoc legatum solvi debet, aliquando constituatur, fructusque sufficientes à Patribus hæredibus percipiantur: tunc intrat proposita *Inquisitio*, cui satisfacit sequens.

RESOLUTIO.

551 MEo videri Veritas est, quod dicti Patres non sunt capaces hujus annui, seù quotidiani, ac perpetui legati pro eorum minestra, ac Pitantia, etiam quod vestiatur specioso nomine eleemosynæ. RATIO EST. Quia eorum

rum paupertas, ac mendicitas, quam ex Regula profitentur, & in Concilio Tridentino se velle integrè observare protestati sunt, renunciantes privilegio per idem Concilium oblato, consistit substantialiter in hoc, UT EA QUÆ AD EORUM QUOTIDIANUM VICTUM SPECTANT, DIETIM MENDICENT SINTQ; LIBERA EX PARTE DANTIS, ET INCERTA EX PARTE SUSCIPIENTIUM. His autem directè adversantur exclusio quotidiani quæstus, perpetuitas rei dandæ, obligatio ex parte dantis, & certitudo ex parte suscipientium, ut patet ex terminis. Ergo his positis, eorum mendicitas funditùs corruit: ac proindè eorum quoad hoc incapacitas est evidens, & irretractabilis. Atque ita senserunt omnes melioris notæ Doctores, cum Pontificiis Constitutionibus, Sacræ Congregationis Decretis, & ipsiusmet Seraphici Ordinis generalibus sanctionibus super hoc Articulo specialiter emanatis, ut ex sequentibus patet.

TEXTUS.

552 CONstitutio Clementis Papæ Quinti *in Clementin. exivi de verbor. signific. sub § cumque.* sic habet. = *Cumque annui redditus inter immobilia censeantur, ac hujusmodi redditus obtinere, paupertati, ac mendicitati repugnet: nulla dubitatio est, quòd prædictis Fratribus redditus quoscumque*, sicut & possessiones, vel earum etiam usum, *recipere, vel habere, considerata conditione ipsorum, non licet.* = Ecce canonicè definitum cum expressa exclusione omnis dubitationis, repugnare paupertati, & mendicitati horum Fratrum recipere, vel habere annuos redditus quoscumque. Vigore hujus Textus, & rationis in eo expressæ, plurimi, & optimi Doctores tenent, quòd neque annuos redditus perpetuos, cum onere missarum possunt hi Fratres habere. Quia (inquiunt) particula *quoscumque* est generalissima, & sicut nullum excludit, ita & omnes amplectitur. Et ita docuit Rota *in decis. 756. nu. 5. cor. Buratto*. cũ plurimis allegatis, quos sequitur. Et postmodum
553 Barbosa *de jur. eccles. lib. 3. cap. 27. num. 77.* Lezana *in summ. verb. legata regularib. relict. num. 21.* & plures alii, super quorum dicto non immoror, quia iste non est casus noster.

ster. Sed ex hoc dicto efficaciter arguo: quod si repugnat paupertati; ac mendicitati horum Fratrum habere annuos redditus, etiam cum onere Missarum, & ut voluit Azorius, etiam pro Fabrica, Ecclesiæ utensilibus, Libris, & hujusmodi extrà victum corporum: ergo multò fortiùs erit repugnans tali mendicitati habere annuos redditus perpetuos pro expressa sanorum quotidiana pitantia, ad cujus penuriam, & incertitudinem respicit hujusmodi mendicitas, ut ex se patet, & omnes fatentur, & ex statim allegandis melius constabit. Similia circà hanc Fratrum minorum paupertatem habentur in Constit. Nicolai Tertii *in cap. exiit. de verbor. signific. in* 6. & Constit. Joannis 22. *in extravag quorumdam*, *& extravag. ad conditorem de verb. signific.* quæ brevitatis gratia omittuntur, sicut, & Constitutio Clementis Octavi.

DECRETA SAC. CONGREGATIONIS.

SAcra Congregatio sub Urbano Papa Octavo de anno 1628. ut habetur apud Fagnan. *ad cap. nimis prava de*
554 *excess. prælator. num.* 54. sic habet. = Sacra Congregatio declaravit, Fratres minores, tàm observantes, quàm reformatos *non esse capaces legatorum annuorum*, quæ fiunt sine aliquo onere, aut modo adiecto, nisi ad effectum illa extinguendi, sivè illorum proprietatem, & pretium convertendi in usus Fabricæ, vel Sacristiæ = Ecce ergo ad quos usus permittuntur his Fratribus annua legata, vel eorum æstimationem, seu pretium accipere, taxativè videlicet quoad usus Fabricæ, & Sacristiæ, non autem quoad provisionem pitantiæ quotidianæ. In aliis quoque Decretis ejusdem Congreg. de anno 1633. quæ habentur apud Fagnanum *ibid. sub num.* 61. & apud Lantuscam, *verb. bona temporalia*, *& verb. legatum*, habetur, quòd ejusmodi relicta victualia habere possint dicti Fratres titulo eleemosynæ, *pro Infirmaria tantùm*, non autem pro communi Refectorio sanorum. Est enim peculiaris ratio pro Infirmis, quæ non militat pro sanis. Nam juxtà illud magistrale dictum S. Matris nostræ Teresiæ: *E più conveniente, che manchi il necessario à i sani, che agl' infermi il regalo.* Aliud ejusdem Congregationis Decre-

 tum,

tum, *non licere dictis Fratribus hujusmodi annuos redditus pro victu*, emanatum die 7. Jul. 1668. habetur apud Pignatellum *consult.* 16. *num.* 7. *tom.* 3. = Ac demum interrogata Sacra Congregatio, *An hæredes teneantur hujusmodi legatorum præstationes prædictis Fratribus solvere, saltem in foro conscientiæ?* Respondit, *non teneri:* ut habetur apud Fagnan. *cit. cap. nimis prava de excess. prælat. sub num.* 54. *vers. ad nonum respondit, non teneri.* Atque alia consimilia Sacræ Congreg. decreta, brevitatis gratia omitto.

CAPITULA GENERALIA ORDINIS.

555 QUòd dicti Patres non possint hujusmodi perpetua legata suscipere, sed teneantur illa respuere, pluriès fuisse definitum in Capitulis, seù Congregationibus Generalibus Ordinis Minorum, testantur Surdus *de aliment. tit.* 3. *quæst.* 4. *num.* 13. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. Barbosa *de jure eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 78. Pignatellus *cit. consf.* 16. *num.* 8. Maranta *respons.* 41. *num.* 70. ubi hæc scribit. = At hodie inanis est quæstio, cum apertè dispositum sit per novissimas Ordinationes in Congregatione Generali factas hoc anno 1628. ut Superiores locorum, ac etiam Provinciales, declarare, ac protestari debeant, *se nolle amplius legata perpetua ipsis à Testatoribus relicta exigere, & de facto amplius non exigant; immò ea quantum in ipsis est, eo modo quo possunt, resignent, ac respuant.* = Hæc ibi refert Maranta. Hìc autem rogo. Quæ sunt ista legata perpetua, quæ hi Fratres à sua Religione jubentur pro posse resignare, ac respuere? Non illa pro Fabrica, pro Missis, pro Infirmaria, & cæteris ad victum non pertinentibus, quia hæc paupertatem non lædere creduntur. Si autem addatur, quòd etiam possint recipere legata perpetua pro quotidiana sanorum pitantia, ac minestra, quæ erunt illa legata perpetua, quæ isti Fratres recipere tàm solemniter prohibentur, & quæ eorum paupertatem lædunt?

556 Habemus denique provisionem novissimam factam in Capitulo Generali celebrato sub die 29. Maii 1694. in quo electus fuit in Ministrum Generalem totius Seraphici Ordinis Illustriss., ac Reverendiss. D. PATER BONAVEN-

VENTURA POERIUS DE TABERNA, ad præsens digniſſimus Archiepiſcopus Salernitanus. Hic ſtatim electus Generalis, inter alia Statuta pro ſui Ordinis utilitate in eodem Capitulo edita, hoc ſpeciale ſuper hujuſmodi annuis legatis promulgavit tenor. ſequentis. = Si quis ſuis hæredibus proprietatem reliquerit, *cum onere nobis miniſtrandi fructus inde provenientes eleemoſynaliter*, ſive pro Eccleſiæ, Fabricæ, Infirmariæ, aut alterius particularis neceſſitatis levamine, ſive pro aliquo opere nobis à benefactoribus impoſito: id quidem, præmiſſa proteſtatione in Statutis expreſſa, & non niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ, recipi poterit. = Ecce hìc factam præciſam numerationem earum rerum, pro quibus Religio permittit eleemoſynaliter accipere hujuſmodi perpetua relicta: Eccleſia, Fabrica, Infirmaria, aliquod opus à benefactoribus impoſitum, & aliqua particularis neceſſitas: ad quorum nullum pertinere poteſt quotidiana ſanorum pitantia, ut de ſe patet. Proſequitur. = Non enim Regulæ puritati repugnat ex toties à S. Sede declaratis habere legata etiam perpetua, pro quo attendi poſſunt diſpoſita à S. Sedis proviſionibus, quæ in finem horum actorum impreſſæ dabuntur. = Præfatæ autem declarationes S. Sedis ad finem horum actorum regiſtratæ dicunt ſolùm, poſſe præfatos Fratres accipere legata perpetua pro celebratione Miſſarum, pro Officiis divinis, pro Eccleſia, pro Fabrica, & pro Infirmaria, ut legenti patebit: pro pitantia autem quotidiana perpetua alicujus integri bene valentium Conventus, nuſquam reperitur S. Sedem declaraſſe poſſe ab his Fratribus recipi relicta perpetua, ſed potiùs ſepè declaravit contrarium, ut patet ex adductis, & adducendis. Concludit demum. = *Ad hoc ut ſciant Fratres, nullum legatum aliter factum, eſſe validum; & illud exigentes, vel recipientes Fratres, in malo conſcientiæ ſtatu eſſe, & paupertatis ſeraphicæ violatores.* = Atque hìc rurſum rogo. Si ultra præfatas occaſiones, nempè pro Miſſis, pro Eccleſia, pro Fabrica, pro Infirmaria, pro aliquo opere injuncto, & pro aliqua particulari neceſſitate, liceat his Fratribus recipere annua legata perpetua, etiam pro ſpectantibus ad quotidianam

P 4 bene

bene valentium pitantiam: QUIS ERIT CASUS, Domine Deus, in quo verificari possit hujusmodi legata esse invalida, & Fratres ea recipientes esse in malo conscientiæ statu, & seraphicæ paupertatis violatores? Hoc Statutum habetur in Libello impresso Matriti anno 1694. pag. 20. num. 17. Et ad finem hujus Libelli pag. 76. & seqq. leguntur plura Decreta, & Sententiæ, cum confirmatione Clementis Papæ Decimi, in quibus omnibus declaratur, dictos Fratres posse recipere annua relicta sibi facta pro Missis, Ecclesia, Fabrica, & Infirmaria, nequaquam autem pro quotidiana sanorum pitantia. Cum ergo ad has S. Sedis declarationes præfatum Ordinis Statutum expresse se referat, atque in hac materia attendi præcipiat, omneq; aliud legatum, seu relictum, *illicitum, & invalidum positivè decernat*, & legatum, seù relictum pro pitantia perpetua sanorum non sit aliquod ex concessis in dictis S. Sedis declarationibus; sequitur evidenter, hujusmodi legatum, seù relictum, remanere ex Statuto Ordinis expresse prohibitum, damnatum, atque invalidum declaratum.

GLOSSA.

GLossa *ad dic. Clementin. exivi in verb. cumque annui*. Sic dicit. = Aut redditus annuus relinquitur his Fra-
557 tribus ad certum usum divini cultus, puta vinum pro sacrificio, frumentum pro Hostiis: & Conventus est capax: quia per hoc non tollitur mendicitas Fratrum. Aut *redditus deputantur victui*, & vestitui: & tunc, aut ad modicum tempus, & Conventus est capax: quia per hoc non tollitur mendicitas, sed sublevatur. Aut relinquitur ad tempus non modicum: *& tunc non valet*, quia tunc computatur inter immobilia, ut hic. Quæ distinctio est æqua. Et dic, non modicum tempus esse decennium, vel ultra. = Hæc ibi. Vides ergo, per legatum victus perpetuum tolli rationem mendicitatis, quæ esse debet in istis Fratribus, ac proindè non valere firmatur.

BAR.

BARTOLUS.

558 Bartolus in suo celebri *tract. minoricar. lib. 2. dist. 6. cap. 1. 2. 3. & 4.* sic fatur. = Interdum etiam evenit, ut Fratribus minoribus aliquid annuum relinquatur an valeat quæritur? Solutio. Dicendum, quod legatum annuum non interdicitur Fratribus ratione rei legatæ, *sed ratione modi à testatore expressi*, scilicet, quòd *annuatim detur:* qui modus *Regulæ, & conditioni eorum repugnat*, & sic videtur, *quòd nullo modo valet*. Item si relinquatur Fratribus pro alimento unius Conventus, *quia Conventus non moritur*. Et finaliter puto, quòd Fratres debeant à dicto legato *penitus abstinere*: nam hoc *statui eorum, & mendicitati repugnat:* nam *non viverent simpliciter in spe Dei*, propter spem, *quam haberent in dicto legato*. = Hæc ibi Bartolus. Veniant modo qui conantur dicere, quòd ista legata etsi repugnent mendicitati horum fratrum ea habere sub titulo *legati*, non tamen repugnabit ea habere sub titulo *eleemosinæ*. Veniant, inquam, & dicant, si per hoc possunt effugere vim hujus rationis à Bartolo adductæ, quarè tale legatum repugnet eorum mendicitati. *Quia* (inquit) *non viverent simpliciter in spe Dei, propter spem, quam haberent in dicto legato*. Sed si dicatur, quòd non viverent simpliciter in spe Dei propter spem, quam haberent in dicta eleemosyna certa, & indefectibili, nonne idem prorsus diceretur? Fateantur ergo idem esse legatum, ac eleemosynam certam, & ex obligatione.

Idem Bartolus *in l. legatum, ff. de capitis diminut.* repetit eamdem doctrinam. Nam postquam dixerat, Fratres minores posse capere legata eis relicta pro alimentis, statim limitando subdit. = Legatum tamen in annos singulos, seu legatum annuum, *habere non possunt*, quia aliquid proprietatis habet. = Hæc ibi.

Et iterum *cit. lib. 2. Minoricar. dist. 2. cap. 1.* ubi expresè iterum docet, quòd hoc annuum legatum, neque sub titulo eleemosynæ à dictis Fratribus haberi potest: ibi. = Dicendum est, quòd *si modus adiectus legato est illicitus* Fratribus minoribus inspecta conditione ipsorum; tunc *æstimatio non debetur, nec potest recipi*. Adeo enim Sancti si-

ctissimus Pontifex odit eum, qui modum repugnantem Regulæ adiicit, *ut pro eo talem eleemosynam omninò Fratres recipere prohibeat*, ut dicta verba manifestè dicunt. = Hæc ibi Bartolus: qui cum tàm apertè loquatur, alia repetione non indiget, sed sola legentis ponderatione.

BALDUS.

559 Baldus *in Authen. ingressi. num.* 59. *&* 60. *C. de Sacrosanct. Eccles.* sic dicit. = Relinquitur Fratribus minoribus aliquid annuum: quæritur, utrum valeat istud relictum? Textus videtur dicere, quod non, *in dict. cap. exivi*, §. *cum annui redditus*, nisi relinqueretur ad divinum cultum, puta pro luminaribus: quia per hoc non relevatur mendicitas Fratrum, unde valet relictum, cum nihil applicetur Fratribus. Ista est veritas. Quia *perpetuitas alimentorum est contra Regulam, & contraria mendicitati*. Ergo apparet, quod *legatum est nullum*, ratione *turpitudinis modi*. Nam si in perpetuum provideretur necessitati, non solùm sublevaretur, *sed etiam excluderetur paupertas*, quod est *contra Regulam*, cui nunquam est obviandum, nec est super paupertate mentiendum. = Hæc ibi Baldus. Vides ergo juxtà mentem Baldi relictum alimentorum factum his Fratribus in perpetuum, esse quid turpe, destructivum eorum paupertatis, & contra Regulam, ideoque nullum, & invalidum omni modo.

PHILIPPUS CORNEUS.

560 Philippus Corneus in suo *consil.* 117 *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. sic loquitur. = Relictum factum Fratribus minoribus in tantum valet, *in quantum imminent necessitates Fratrum, & non ultra*, non considerando *redditus*, quia illi *sunt interdicti in dict. clem. exivi*, §. *cumq; annui*. Sed quòd immineat tunc necessitas, in quam habeat erogari, prout declarat Bartolus. Adeo quòd si legaretur, ut sic inde percipiant *annuam quamdam utilitatem*, consuluit Petrus de Ancharano in consil. 199. quod *hæres concedentis possit salva conscientia retinere*. Et Bartolus vult, quòd hoc casu Fratres non possint recipere aliquid, *etiam pro eleemosyna*, puta æstimationem: & sic vult Bartolus, quod legatum

sit

sit omnino nullum. = Hæc ibi Corneus. Vides iterum inculcatam rationem, non posse hos Fratres ratione eorum promissæ mendicitatis aliquid accipere, nisi in quantum eorum necessitates sunt actu præsentes. Quis autem dicet esse præsentem hodie necessitatem habendi pitantiam futuræ hebdomadæ, futuri mensis, futuri anni? Patet ad sensum, quòd necessitas ista, futura est, non præsens: & ideò mendicitati repugnat pro ea provisiones accipere annuas, atque perpetuas. Vides iterum canonizatam eam doctrinam, quod hæres non teneatur in conscientia hæc relicta solvere, neque sub titulo eleemosynæ. Vides demum iterùm confirmatum, quod hoc relictum est omninò nullum.

PETRUS ANCHARANO.

561 PEtrus de Ancharano in suo *consil.* 199. sic dicit. = Quoad secundum dubium, *certum est, quòd Fratres Minores non sunt capaces annui redditus:* computantur enim hi annui redditus inter immobilia, ut *in Clem. exivi de verb. signif.* Utrum autem hæres possit salva conscientia penes se retinere. Credo quòd *istud legatum tamquam non scriptum debeat remanere penes hæredem,* & sic eum *posse salva conscientia retinere.* = hæc ibi. Et quæso reflectatur, quam punctuales sint omnes istæ Authoritates ad casum nostrum.

FEDERICUS SENENSIS.

562 FEdericus Senen. in suo *con.* 12. *ferè per tot.* sic scribit. = Legata annua, vel redditus annui, deputata ad cultum divinum, puta pro sacrificio, luminaribus, vel paramentis, possunt fieri Fratribus Minoribus, quia per hoc non tollitur mendicitas, neque hæc contradicunt mendicitati, quia *non proficiunt ad victum,* & vestitum. Item annuum relictum, & *non perpetuum,* possunt dicti Fratres recipere. Item communi opinione redditus appellantur, qui ex rebus immobilibus percipiuntur. Ergo sicuti isti Religiosi non possunt tenere immobilia, ita non sunt capaces redditaum perpetuorum. Sicut ergo eos non licet recipere, & retinere; ita si testator relin-

quat

quat alicui domum, ut ex pensione domus solvat quid annuum dictis Fratribus, *Fratres non sunt capaces illius redditus annui*. Sed secus est quando intuitu eleemosynæ relinquitur aliquid Conventui *ad certum tempus*, quia iste *cum non sit perpetuus*, non vocatur redditus. = hæc ibi. Ubi vides subtiliter definitum, quòd redditus temporarius bene relinqui potest à Testatore his Fratribus titulo eleemosynæ: è contrà verò redditus perpetuus retinet incommutabiliter rationem redditus, nec potest induere rationem eleemosynæ, & ideò his Fratribus à Testatore relinqui non potest redditus perpetuus pro victu, nec ejus sunt capaces, quia repugnat eorum mendicitati.

PALIARENSIS.

563 JOannes Paliarensis, *post dic. Federici consilium* sic dicit. = Annui redditus ad longum tempus inter immobilia censentur à Jure, & sic repugnat statui paupertatis eos habere. Cumque dicti minores teneant statum paupertatis, *nulla dubitatio est, quòd eos habere non possunt, cum eis victum tribuere debeat incerta mendicitas*. Prætereà verba sumi debent cum effectu. *cap. relatum extr. de cleric. non resiede*. Sed si talis Frater ad vitam suam reciperet tales redditus, & licitè esset capax eorum, cum effectu careret nomine mendicitatis, cum tamen nomina debeant esse consona rebus, nec jura debent esse ludibrio. = hæc ibi. Hinc rursum nota, quòd cum isti Minores sint incapaces absolutè habendi hos perpetuos redditus pro victu, erunt etiam incapaces eos habendi sub nomine eleemosynæ, quia *verba debent sumi cum effectu*: non potest tamen dici mendicus cum effectu, qui pro suo victu habet quotidianam eleemosynam certam, & indeficientem, immò & absque onere eam quærendi, sed quæ ab alio ultro, immò ex obligatione defertur: ideò neque sub hoc eleemosynæ titulo potuerunt hos proventus habere.

DOCTOR ANOMALUS.

564 ALius Doctor Anomalus *post prædictum Paliarensem* sic subdit. = Si verò tales redditus deputentur *victui*, seu

ſcù veſtitui, ſi tales ad longum tempus protendantur, *puto Conventum eſſe incapacem*, quia *per hoc tollitur eorum mendicitas in victu, & veſtitu*. Ad illud de conſuetudine, & ſtatuto tribuente Minoribus certas annuas obventiones, dico, quòd ad tales denarios dandos non adſtringuntur cives, quin poſſint reſilire à dando, cum volunt. *Secus in hærede obligato ad tales redditus ſolvendos*, ad quos neceſſariò, & immutabiliter obligatur. Ad id, quod de æquitate arguitur, dico, quòd ex falſo concludit falſum: repugnat enim ſtatui paupertatis, pro victu, & veſtitu recipere ſummam exceſſivam. Si autem parvam, & competentem ſummam, quam ſimul Fratres licitè reciperent, Teſtator ſolvendam dividat *ad longum tempus*, idem dicerem, quòd *non poſſunt licitè exigere;* non quidem propter factum, ſed propter ſpeciem facti, ut in *dict. Clem. exivi §. amplius:* Multa enim prohibentur eis, non propter factum malum, ſed propter ſpeciem mali. = hæc ibi. Ubi vides inculcatum, quòd habere hæredem obligatum ad dandum his Fratribus aliquid diuturnum pro victu, quamvis ſit modicum, tamen illa ſpes certa, immò illa ſecuritas habendi illud modicum, repugnat mendicitati, quæ ſivè multum, ſivè parum, omnia habere debet incerta.

ABBAS PANORMITANUS.

565 ABbas Panorm. *ad cap. nimis prava de exceſs. prælat. num* 2. ſic ait. = Secundò nota ibi, *in arctiſſima paupertate*, quòd Fratres minores dicuntur eſſe in arctiſſima paupertate. Et hoc ideo, quia non poſſunt habere aliquam proprietatem, nec in particulari, nec in communi, ſed debent vivere eleemoſynis, unde *mendicitas incerta debet eis tribuere neceſſaria*. Et pluries dixi, quòd Fratres minores *non poſſunt habere annuos redditus*. Unde relicta, quæ communiter fiunt Hoſpitalibus cum onere, ut dent certum annuum redditum annuatim Minoribus, *non valent*, quia eſt habere proprietatem quamdam. Et tot poſſent eſſe annui redditus, ut eos non oporteret ampliùs mendicare, quod eſt contra Regulam, & Inſtitutum eorum. = hæc ibi Abbas. Qui eamdem doctrinam repetit *ad*

cap.

cap. in præsentia de probat. & iterum *in consil. 63. num. 6.* Ubi jam vides vivacitatem illius rationis, quòd scilicet, si his Fratribus semel permitterentur isti annui redditus, quamtumvis exigui, paulatim possent adeò excrescere, ut eos non opporteret amplius mendicare, & sic esset destruere eorum Regulam, & Institutum; ideoque definitur hujusmodi relicta his Fratribus facta, non valere.

SANGEMINIANENSIS, ANCHARANUS, IMOLA, ET ZAMBE.

Dominicus de S. Geminiano edidit super hoc Articulo unum Consilium (*quod inter sua est in ordine consil.* 40.
566 adeo magnificum, adeo plenum, omnesque rationes tangens, & omnia in contrarium argumenta dissolvens; ut illud solum ad intentum allegasse potuisset sufficere: estque insuper solemniter subscriptum à tribus aliis magnis Doctoribus, Ancharano, Imola, & Zambe. Dicit ergo sic. = Titius condidit testamentum, in quo reliquit Fratribus Carmelitanis (nos à fortiori dicamus Minoribus Observantibus, Reformatis, & Capuccinis, qui longè arctiorem paupertatem profitentur) decem libras monetæ Bononiensis, *anno quolibet in perpetuum persolvendas per hæredes suos in testamento nominatos*. Modo quæritur, an isti Fratres, quia mendicantes (nos dicamus à fortiori, quia tales strictissimi mendicantes) sint capaces hujus legati communis, & perpetui, & ipsum legatum anno quolibet percipere valeant, nec ne. Quod *non possint percipere* arguitur sic. Mendicantes non possunt bona immobilia possidere, cum eorum statui repugnet, ut patet ex cap. &c. (omitto brevitatis gratia transcribere allegationes Jurium.) Sed annui redditus computantur à Jure inter immobilia, & habere tales redditus perpetuos *repugnat mendicitati*. Ergo iste casus videtur decisus per illum Textum, & Glos. = hæc ibi. Et vide, quomodo omnes Doctores concorditer insistunt in ea fundamentali ratione, quòd habere annuos redditus perpetuos repugnat mendicitati. Atque indè inexpugna-

pugnabiliter procedunt in forma ad inferendam consequentiam: Ergo Fratres Minores, qui arctissimam profitentur mendicitatem, annuorum redditaum ex Testatoris dispositione ab hærede suscipiendorum sunt prorsus incapaces.

Procedit deindè Sangeminianensis ad solutionem argumentorum, & dicit. = Nec obstat quod ille Textus loquitur tantum de Fratribus Minoribus, & sic non debet habere locum in aliis mendicantibus. (Hoc sufficit nobis, quoniam cum his Minoribus agimus.) Prætereà nullus dubitat, quod Mendicantes non sunt capaces annui redditus, etiamsi sit adeo parvus, ut non tollat mendicitatem: unde non sunt capaces retentionis unius possessionis, quæ annuatim reddit in fructibus quadraginta solidos: & tamen per fructus illius possessionis non esset sublata mendicitas; cum oporteat eos quærere victum ad sufficientiam pro toto anno. Ergo eodem modo *non erunt capaces annui redditus perpetui* decem librarum, cum æqualiter repugnet statui mendicantium, licet decem libræ non sufficiant ad victum ipsorum. Et hoc expresè voluit Textus ille cum dicit; quòd incerta mendicitas est illa, quæ tribuit victum talibus. Sed *si firmiter habet annuum legatum, non erit mendicitas incerta*. Ergo. Nec obstat si dicatur, quòd per hoc non tollitur mendicitas, cum habeant quærere victum pro residuo temporis. Quia dico, quod ille Textus loquitur de victu continuè. Et mendicantibus *debet tribuere victum incerta mendicitas una die, sicut alia*. Aliàs essent pro parte mendicantes, & pro parte non: quod est absurdum, & eorum statui repugnat. Ergo patet, quòd *quantumcumque minimum sit legatum annui redditus perpetui, non congruit dictis Mendicantibus, & incapaces reputantur*. Hoc idem probat nomen ipsorum, quod debet esse consonum rei. Sed isti dicuntur Mendicante à mendico mendicas, quod propriè est pauperum petentium eleemosynam pro victu suo, manu ostendendo propriam mendicitatem. Servent igitur quod voverunt, & nomen quod habent mendicantium; ut rerum proprietatem, *ac certitudinem etiam minimam* recusent, & *per quæstum*

incer-

incertum, victum suum mendicent. Et hanc partem *de jure credo veram*, quam etiam videtur tenere Federicus de Senis. Nec obstant cætera argumenta contraria. Et primum, quod istud sit legatum parvæ quantitatis. Quia, ut est dictum, isti sunt incapaces *etiam parvo legato perpetuo*, propter *repugnantiam status sui*, ut fuit probatum. Nec obstat, quod possint recipere pretium rerum ab ingredientibus relictarum. Quia cum illud recipiant ex eleemosyna spontaneè sibi data, quæ etiam unica datione finitur, non repugnat eorum statui. Sed secùs est in *legato annuo perpetuo;* quia ibi datur aliqua proprietas, *& certitudo retinendi* aliquam rem ut propriam, quod *est contrarium statui mendicantium*. Non obstat *Clementin. exivi §. cæterum.* ubi Fratres minores possunt recipere res in eleemosynas non notabilis quantitatis. Quia dico, quod ille Textus loquitur de receptione rerum, quæ fit propter necessitatem instantem, & istud non repugnat mendicitati. Non tamen permittit ille Textus, quòd *annuum redditum* possint super illis bonis recipere, cum istud *repugnet eorum statui,* & expressè sit prohibitum in eadem Clementina. Non obstat quod dictum est de consuetudine. Quia cum ista consuetudo *repugnet voto mendicitatis*, illaqueat eos, & *quanto diutiùs est observata, tantò gravius detinet eos alligatos*. Nec demùm obstat ultima ratio. Quia licet sit eis permissum habere granaria, & cellaria, in quibus recondantur frumenta, & vinum pro toto illo anno per quæstum quæsita: secus tamen est, quando vellent retinere aliquid proprii, *certi, ac determinati, annuatim persolvendi*, quod *non congruit eorum statui:* unde *de jure non videntur esse capaces isto legato*, & per consequens petere non possunt anno quolibet dictum legatum. Dominicus de S. Geminiano consulvit. Petrus de Ancharano, Joannes de Imola, & Bernardinus de Zambe subscripserunt. = Hæc omnia apud Geminianum *dict consil.* 40. Quod certè (ut dixi) se solo plenè, & abundè sufficeret pro tota hac materia. Sed nihilominus afferamus etiam aliquos ex Recentioribus.

TIRA.

TIRAQUELLUS.

567 Andreas Tiraquellus *in tract. de judicio ferendo in rebus exiguis sub versic. quinquagesimoquinto.* sic ait. = Quinquagesimoquinto consulvit laté Fulgosius *consil.* 104. (istud est consil. Geminiani, quod legitur etiam inter consilia Fulgosii) *volum.* 3. *vers. item ut sæpè dictum est.* Quòd non licet mendicantibus habere annuos redditus, *quantumcumque sint modici valoris*, sicut neque etiam licet quicquam quantumvis minimum proprium habere. = hæc ibi Tiraquellus, allegatis pluribus Testibus.

CORDUBA, POLIDORUS, SANTES, ET SORBUS.

568 Corduba Ord. Minor. *in Regul. S. Francisci cap.* 6. *qu.* 11. *punct.* 3. docet, quod annui redditus, quicumque illi sint, sunt istis Fratribus penitùs interdicti, *& incompatibiles cum eorum mendicitate, quam voverunt.* Eumque sequuntur Politorus Capuccinus *in Regul. S. Franc. cap.* 6. *num* 56. & Santes Thesaur. pariter Capuccinus *super eamdem regul. cap.* 6. ubi etiam docet adesse Constitutionem Leonis Pap. Decim. prohibentem ut hujusmodi legata non recipiantur. Idemq; docet Sorbus *in compend. privil. verb. legatum, vers. si verò.* Ergo à fortiori annui redditus *pro pitantia*, ob illam specialem turpitudinem, quam sæpiùs diximus.

CLAVASIUS.

569 Angelus de Clavasio Ord. Minor. *in sua Summ. verb. legatum* 1. *num* 5. docet quòd Minores sunt capaces annui redditus perpetui, quando est ad certum usum divini cultus, *secus verò pro victu, & vestitu.* Et allegat pro hoc Federicum Senen. cujus verba recitavimus *suprà*.

UNGARELLUS.

570 Jacobus Ungarellus ejusd. Ord. *in add. ad Clavasium*, in verb. *secus pro victu.* docet, quòd si relinquatur his Fratribus annuus redditus pro victu, præstandus per aliquod

Hospitale, vel alium hæredem, *non valet*, quia esset habere proprietatem. Et allegat pro hoc Panormitananum, cujus verba recitavimus suprà.

TABIENA.

571 SUmma Tabiena, *verb. legatum num.* 4. docet, quòd relicta facta Hospitalibus, vel Collegiis Terrarum, cum onere quod omni anno dent duas petias, vel hujusmodi, Fratribus Minoribus, *talia legata non valent*, & Fratres Minores non possunt recipere, quia sapiunt proprietatem. Et possent esse tot annui redditus, ut eos non oporteret amplius mendicare. Et allegat Panormitanum in illis duobus locis, quos suprà recitavimus.

LAYMAN.

572 PAulus Layman *lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 5. *cap.* 10. *num.* 4. scribit, quòd legatum factum Fratribus Minoribus pro eorum victu, & vestitu, *non valet si sit annuus redditus perpetuus*, vel ad longum tempus: hujus enim (inquit) annui perpetui redditus, pro eorum victu, & vestitu, *sunt omninò incapaces*. Et allegat *Clem. exivi* cum pluribus aliis Doctoribus.

SANCHEZ.

573 THomas Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 26 *num.* 34 *& seqq.* docet, quòd ex ea universali dictione *quoscumque redditus*, colligitur hos Fratres esse incapaces cujuscumque redditus annui perpetui, quantumvis exigui. Et nu. 36. dicit, illos Doctores qui dicunt hos Fratres esse capaces annui legati pro alimentis, intelligendos esse de annuis legatis ad modicum tempus, *non verò de perpetuis*, quia (inquit) hic relinquendi modus *adversatur eorum Regulæ*. Et *num.* 49. firmat, hoc legatum esse *prorsus nullum*, & non obligare *in conscientia hæredes gravatos* ad illud præstandum, neque sub *titulo eleemosynæ*. Et hanc dicit esse probabiliorem, & quam ipse amplectitur.

MARANTA.

574 CArolus Maranta, *responso* 41. *nu.* 39. *tom.* 1. docet, quod hujusmodi legata ad commodiorem horum Fratrum

vivendi

vivendi modum ordinata, *sunt invalida*, quia (inquit) his Fratribus per quæstum publicum tribuere victum debet *incerta mendicitas*. Et *num.*63. dicit, quod legatum annuum perpetuum pro victu, *tollit eorum mendicitatem*, unde non valet. Et *num.* 115. ubi quod probabilior sententia est, hæredes non teneri neque in conscientia, & quod hanc uti probabiliorem sequitur Sanchez cum aliis, *cit. cap.* 26. *num.* 29. Circa quod adverto, quod licet ad intentum plenè sufficiat audire, esse probabiliorem hæredes non teneri in conscientia ad hujusmodi præstationes, cum hodie ex Decreto Innocen. XI. damnata sit illa sententia, quæ dicebat, posse Judicem sequi opinionem minùs probabilem relicta probabiliori. Attamen nimis modestè loquuntur isti Doctores dicendo tantum, hanc esse probabiliorem, cum contraria sententia nullum gradum probabilitatis habere queat, attento quòd Fratres ratione eorum Regulæ, & mendicitatis quam voverunt, sunt hujusmodi perpetuæ, & infallibilis pro victu eleemosynæ omninò incapaces, ut omnes Doctores fatentur. Quo stante, qua probabilitate substineri potest, hæredes teneri in conscientia adimplere circà hoc voluntatem Testatoris? Nam si hoc est aliquo modo probabile, erit etiam probabile hæredem teneri dare filio Testatoris religioso professo Uxorem, vel Proprium, si id fortè Testator in suo testamento ordinaverit: quod puto nullus sanæ mentis audebit dicere. Paritas est urgens: quia hi Fratres habent sub solemni Voto mendicitatem, sicut carentiam Proprii, & Uxoris.

BARBOSA.

575 AUgustin. Barbosa, *de jure Ecclesiast. univer. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 77. *& seqq.* docet, Fratres minores esse incapaces annuorum redditurum perpetuorum, etiamsi relinquantur cum onere Missarum. Quæ quidem conclusio (inquit) illa potissimum ratione fulnititur, quia nihil est, quod magis arctissimæ Minorum paupertati repugnet, quàm redditus annui; qui *cum sint certi, & determinati, mendicitatem penitus excludunt*, vel in ea certè mentirentur, quod est absurdum. Et quòd similis modus

dus legati, ut quotannis eis aliquid solvatur, *semper* secundum eorum Regulam, & Constitutiones *est illicitus*. Et quod legata facta his Fratribus capiunt substantiam *à modo*, scilicet, ab illa *perpetuitate*, *& securitate*, quæ cum repugnent mendicitati, ea quoque *nulla* esse, ac *invalida* necesse est. Et quod propter istam rationem dicti Fratres sunt *incapaces* cujuscumque annui redditus, etiam *exigui*, qui pro eorum victu relinquatur; quia (inquit) eorum mendicitas in hoc versatur, ut *quotidiè* ex pietate fidelium alimenta mendicent. Et allegat more suo sexcentos Doctores. Hinc probe colligimus, quod si secundum istos Doctores, annui redditus pro victu hi Fratribus sunt illiciti, & eorum mendicitati repugnantes, etiamsi sint cum onere missarum: quantò magis erunt illiciti, ac turpes, si sint absq; ullo onere, & simplicitèr pro *minestra*, & *pitantia* quotidiana, ut loquitur Testator noster, & non pro Infirmis, sed expressè pro benè valentium Refectorio, cum positiva exclusione Infirmorum, ut idem Testator declaravit.

FAGNANUS.

576 PRosper Fagnanus *ad cap. nimis prava num. 26. de excessib. prælator.* docet, quod Regula Minorum circà victum versatur, *ut illum dietìm eleemosynaliter quærant*, & totam fiduciam illum habendi in Deo ponant. Sed quomodo dici potest victum dietìm eleemosynaliter quærere, & totam fiduciam illum habendi in Deo ponere, qui illum non dietìm quærit, sed hodie vult illum sibi assignari pro semper, & non elemosynaliter petit, sed *ex hæredis obligatione vult sibi præstari*, & indefectibiliter obtinere?

DIANA.

577 DIana coord. *tom. 7. tract. 1. de dub. regul. 234. num. 1. & 2.* docet, annuum perpetuum legatum esse licitum minoribus pro usu divini cultus, non autem pro victu, & vestitu: & pluries repetit, quod tale legatum pro victu, & vestitu, *si sit perpetuum*, *tollit eorum mendicitatem*.

CAR-

CARDINALIS DELUCA.

578 CArd. de Luca, *de Regularib. discur.* 35. *num.* 12. 13. *&* 14. docet, incapacitatem horum Fratrum ad habendum annua relicta perpetua, quæ cessura sint *ad victum, & reliquum commodum ipsorum Religiosorum, esse claram, & incontrovertibilem*, ex *cap. exiit. de verb. signif. in* 6. & *ex Clem. exivi eod. titul.* Quoniam (inquit) habere hæc relicta, est *contra institutum strictissimæ paupertatis, & omnimodæ incertitudinis* comparandi in dies victum ex ostiaria mendicitate. Et quod in hoc differt ista Religio Observantium, Reformatorum, & Capuccinorum, ab aliis Religionibus mendicantibus, ut ex diurna mendicitate vivere debeant. Ubi satis ponderanda sunt illa verba: *ac omnimodæ incertitudinis* comparandi in dies victum ex ostiaria mendicitate. Quam quidem omnimodam incertitudinem, & ostiariam mendicitatem funditùs tolli per omnimodam certitudinem habendi per singulos dies suam pitantiam, nemo est qui non statim agnoscat. Ergo (ut verbis ejusdem Cardinalis concludam) horum Fratrum ad hanc quotidianam pitantiam habendam *incapacitas, est clara, & incontrovertibilis.*

PIGNATELLUS.

579 JAcob Pignatellus, *consult.* 16. *num.* 6. *& seqq. tom.* 3. docet, resolutivè tenendum esse hos Fratres esse *omninò incapaces etiam* hujus annui legati annuatìm solvendi ab hæredibus *per modum eleemosynæ pro eorum victu*, ac proindè nullitèr relinqui. Et ratio est (inquit) quia per hujusmodi legata haberent eleemosynam *paratam, certam, ac perpetuam*, tanquam ex necessitate erogandam ob dispositionem Testatoris. Quæ quidem eleemosyna (subdit) æquipollet annuo redditui perpetuo: undè si multiplicarentur pro eorum completa substentatione, jam non esset amplius eis necessarium mendicare, & proindè *destrueretur status paupertatis, quam profitentur*, nihil enim interest (ait) quod quid fiat ex æquipollentibus, ut habetur *in l. 3. C. de instit. & substit.* & *l. mulier. ff. ad Trebell.* Demùm concludit, dicere hujusmodi legata recipi posse à dictis Fratribus, si non titulo legati, saltem titulo

 elee-

eleemosynæ, nihil aliud esse, *quam meros fucos*, quibus candor illibatus Seraphicæ paupertatis deturpatur, atque prosternitur.

LEZANA, CASTROPALAO, CASTILLUS, ET TORRE.

580 JO: Bapt. Lezana *in sua summa*, *in verb. legata regularibus relicta*, *num.* 2. *tom.* 4. docet, quod quamvis aliqui teneant, hos Fratres posse acceptare annuos redditus perpetuos cum onere Missarum, tamen firmiter tenendum est cum aliis, neque hos redditus cum onere Missarum eos posse acceptare. Talia enim legata (inquit) sunt veri annui redditus perpetui, qui *ex Clementin. exivi repugnant paupertati ipsorum*. Et addendum est (inquit) talia legata esse *prorsus nulla*, *& inutilia*, *nullamque ex illis oriri posse obligationem:* & adducit plurimos. Reflectat igitur prudens lector, quod si melioris notæ Doctores sunt adeò tenaces in asserendo repugnare paupertati horum Fratrum annua legata perpetua, etiam quod sint cum onere Missarum: procul dubio in omnium sententia multò magis repugnabunt *annua legata perpetua pro pitantia*, *& minestra*. Et quod si illa sunt prorsus nulla, nullamque obligationem afferentia; multò certiùs ista pro pitantia, & minestra erunt prorsus nulla inutilia, & nullius obligationis, utpotè magis expressè, turpiter, ac probrose lædentia Seraphicam paupertatem, ut ex congestis suprà.

581 Atque idem prorsus docent Castropalao *tom* 3 *tract.* 15 *disp.* 3. *punct.* 9 *num.* 19. Castillus *de aliment. cap.* 5. *nu.* 29. Torre *de pactis futur. succesf. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 81. Qui omnes eamdem radicalem rationem inculcant, non posse simul stare *obligationem ex voto* comparandi sibi victum per *incertam mendicitatem*, & velle habere *securitatem* illum habendi ex dispositione Testatorum. Ideoque Veritatem, tot, tantorumque testium suffragio comprobatam, prolixiori Doctorum recitatione amplius exagitare non expedit. Unde fit pro ultimo

ROTA

582 DEnique Rota Romana pluries hanc Veritatem definivit, ut patet ex *decis.* 456. *coram Merlin.* & *decis.* 756. *coram Buratto*, & novissimè *coram Emerix* de anno 1695. & 1696. inter ejus impressas *decis.* 1219. & *decis.* 1326. *tom.* 3. quæ reputantur in materia magistrales. In his æquè firmatur, quod hi Fratres sunt *incapaces cujuscumque annui redditus perpetui pro victu, etiam exigui.*

Harum autem Emerix decisionum pretiosa verba sunt ista. = Placuit Eminentiss. Patribus exquirere desuper Votum nostri Auditorii. Unde subscripto per me dubio. *An, & quæ legata Fratribus Minoribus de Observantia debeantur, sive, quæ secundum voluntatem Testatoris sint adimplenda?* Eoque hodie proposito, responsum fuit: legata deberi, & esse adimplenda juxtà modum inferiùs exponendum. Deberi siquidem visum fuit legatum pro oleo lampadis. Nam licèt Fratres Minores ex Regula S. Francisci quam profitentur, & Constitutionibus sanct. mem. Nicolai Tertii, & Clementis Quinti, *in cap. exiit.* & *cap. exivit de verb. signif.* incapaces sint *cujuscumque juris*, & proprietatis, tàm in communi, quàm in particulari: hujusmodi tamen *incapacitas procedit* quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum *pro quotidiano victu*, & vestitu; non autem quoad ea quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum, ac certum usum cultus divini; ut in terminis tradunt Ancharanus, &c. = Ecce jam firmata horum Fratrum *incapacitas* ad habendum annuos redditus *pro pitantia quotidiana.*

Prosequitur. = Simili modo deberi visum fuit legatum pro sindonibus infirmorum. Quidquid enim sit in abstracto loquendo. An legatum Fratribus Minoribus factum pro Infirmaria, substineatur: aliis affirmantibus, aliis autem negantibus: difficultas tamen cessat in concreto legati de quo agitur, quod tanquam relictum pro sindonibus infirmorum, *non pertinet ad alimoniam*, seù necessariam substentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quamdam ipsorum curam, quod proindè ex natura rei, & motivo pietatis erga pauperes infirmos, videtur subsistere. = Vides hìc,

neque ipsis *infirmis* concessum habere certos proventus *pro alimonia* ipsorum Fratrum infirmorum; sed tantùm pro sindonibus, seù linteis, quibus possint commodiùs quiescere, & curari. Cogita ergo quantò minus licebit his Fratribus non infirmis, sed *bene valentibus*, habere certos annuos perpetuos proventus *pro pitantia quotidiana*.

Prosequitur. = Quo verò ad alia legata pro Missis, visa fuerunt non deberi. Quia Instituto Fratrum Minorum in arctissima paupertate, ac mendicitate fundato, repugnat possidere *redditus annuos*, qui inter stabilia computantur, ut *dict. Clementina exivi* § *cumque annui redditus*, tametsi relicta fuerint cum onere celebrationis Missarum; quia possunt quidem ipsi Missarum stipendia recipere per modum eleemosynæ manualis, non autem per modum *assignationis perpetuæ*: nam toti debent *ab incerto pendere*, totique niti providentiæ divinæ, ut in his terminis firmant Barbosa, &c. = Si annui proventus perpetuò *assignati* repugnant mendicitati horum Fratrum, etiam quod fuerint cum onere Missarum: cogita quantum repugnabunt hi annui proventus in perpetuum *assignati pro quotidiana pitantia*, absque ullo prorsus onere.

Prosequitur. Sed cum nihilominùs legata hujusmodi cum onere Missarum, adimplenda sint ex parte hæredum, juxtà Textum, &c. Non refragantibus authoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in *legatis factis sine onere*, non autem in legatis annexum habentibus onus celebrationis Missarum, cum non sint Animæ Testatorum debitis suffragiis fraudandæ: poterunt Fratres illa recipere ab hæredibus spontè dantibus per modum simplicis eleemosynæ, &c. = Ecce quæ sunt legata, quæ hi Fratres recipere possunt ab hæredibus spontè dantibus per modum simplicis eleemosynæ; legata nempè habentia onus Missarum pro Anima Testatoris, non autem legata *pro pitantia quotidiana* absque ullo onere: hujusmodi enim legatorum absque ullo onere hi Fratres sunt omninò incapaces, & hæredes ad nihil tenentur, ut hìc deciditur.

583 Altera autem Decisio ejusdem Emerix emanata sub die 6. April. 1696. sic habet. = Domini, re iterum sedulò, ac maturè

maturè discussa, *steterunt in decisis* sub die 10. Januar. 1695. juxtà modum inferiùs exprimendum. Retenta siquidem divisione legatorum in tres species, quoad illud de oleo lampadis, rursus censuerunt deberi, quia non concernit commoditates, *aut quotidianum victum*, & vestitum ipsorum Fratrum, sed tantum usum cultus divini, &c. = Vides iterum declarata ex opposito indebita his Fratribus ea annua legata, quæ concernunt eorum *victum quotidianum*.

Prosequitur. = Quo verò ad aliud pro emendis sindonibus ad usum infirmorum, visum fuit absolutè loquendo, non deberi, utpotè collatum in ipsosmet Fratres, & Conventum per modum *annui, ac perpetui census*, cujus illi sunt *prorsus incapaces* ex Regula S. Francisci, quamvis fuerit relictum ad usum Infirmariæ; cum pro ejus necessitatibus debeant recurrere ad amicos spirituales, & sibi providere *ex incerta quæstuatione*, ac vivere in spe divinæ providentiæ, ut de veriori sententia tenent etiam Castropalao, &c. Nihilominus inspecta illius speciali natura *non respiciente victum*, seù necessariam substentationem infirmorum, sed potiùs majorem quamdam ipsorum curam, & solatium; visum fuit posse recipi per modum simplicis eleemosynæ ab hæredibus spontè dantibus, &c. = Repete hìc quæ mox ponderabam. Quòd scilicet, si neque *ipsis infirmis* conceditur recipere annuos proventus pro spectantibus *ad alimoniam*, & necessariam substentationem ipsorum Fratrum *infirmorum*; quantò minùs licebit his Fratribus non infirmis, sed *benè valentibus* habere annuos perpetuos proventus *pro pitantia quotidiana*.

Prosequitur. = Demùm quoad reliqua legata pro Missis, similiter censuerunt, non deberi, ex eodem capite *incapacitatis*: cum eis non liceat habere Missarum stipendia per modum *annuæ, & certæ assignationis*, utpotè *destructivæ puræ mendicitatis*, & quotidiani quæstus; sed tantum manualis eleemosynæ, pendentis *ab incerta* fidelium largitione, & pietate, ut communitèr tradunt Lezana, &c. = Atque hìc dic iterum. Si his Fratribus non licet habere annuas *assignationes certas*, etiam quod sint pro Missis;

Missis; quantò fortiùs eis non licebit habere hujusmodi *certas assignationes pro pitantia quotidiana perpetua*, absque ullo onere? Sique illæ dicuntur destruere eorum mendicitatem, quanto magis istæ eam *funditus destruent?*

Prosequitur. = Hæc annua legata pro Missis non possunt hi Fratres petere, neque per se, neque per Sindicum, etiam agentem tanquam unum de populo; ne *per æquipollens* sibi liceat habere, quod ex Regula, & Pontificiis Constitutionibus prohibetur, ad tradita per Marant., Pignatell. &c. Non resistentibus authoritatibus in contrarium allegatis: quia illæ procedunt in legatis relictis modo licito, seù non repugnanti eorum Instituto; non autem in relictis *modo illicito*, qualia sunt *legata annui redditus*, licet habentia annexum onus Missarum, ut per Text. &c. = Hìc confirmatur quod dicam infra in §. *Ad illud*, quod scilicet ubi conceditur his Fratribus posse recipere annuos redditus præmissa protestatione, vel eorum estimationem; intelligitur de relictis non repugnantibus eorum Instituto, non autem de turpibus, & repugnantibus, quale est istud *pro pitantia quotidiana*, ut sæpè dictum est.

Tandem pulcherrimè prosequitur. = Quoniam verò legata hujusmodi pro Missis non ita corruunt, & caducantur, ut hæres omninò liberetur ab onere injuncto in suffragium Animæ Testatoris: potest, & debet Ordinarius curare, & sollicitus esse, ut celebrentur Missæ, vel per ipsosmet Fratres, vel per alios Sacerdotes, ut tradit Maranta, &c. Nec turbat, quod *legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, seu repugnanti eorum Instituto, quippè quæ recipiunt substantiam à modo, sint nulla, & consequenter caduca, ac si non fuissent scripta*. Quoniam intelligitur de legatis relictis sine onere perpetuo *adfruendum*. Tunc enim cum appareant facta sola contemplatione ipsorum Fratrum, *& sub unico fine, ut illa acquirantur: tanquam defectiva in substantia, corruunt, & caducantur ad commodum hæredum*: & in hoc sensu distinguendo modum licitum ab illicito, loquuntur Lezana, Fagnan. &c. Secus verò procedit in relictis cum onere celebrationis Missarum. Quia cum Testator non minùs censeatur voluisse

voluisse satisfactionem onerum, quàm quod legata acquirerentur Fratribus legatariis: stante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, itaut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem; sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, ut explicant Amostaz, Barbosa, Sanchez, &c. = Quæ verba sunt verè magistralia, & aurea, atque ad unguem decidentia Rotali definitione casum nostrum. Cum enim agatur de legato facto *pro pitantia quotidiana perpetua, & absque ullo onere*, & hoc legatum de sui natura corruat, & caducetur, ob ipsorum Fratrum legatariorum incapacitatem: cum non habeat aliquod annexum onus, à quo aliquo modo contrà hæredes sustentari queat, sicut sustentatur legatum ab onere Missarum: sequitur evidenter, illud penitus corruere, & caducari ad commodum hæredum; itaut ipsi hæredes remaneant omninò liberi, ac si non esset scriptum, ut loquitur hæc magistralis decisio.

Atque hujus ultima verba sunt hæc: = Et in hunc modum, suffragantibus hodiè omnibus Dominis, post secundam causæ propositionem conclusum fuit, utraque parte informante. = Igitur prædictam Incapacitatem esse evidenter demonstratam, negari non posse videtur: cum tot Rationibus, Authoritatibus, & Rotalibus decisionibus, appareat comprobata.

EX HIS FACILE OMNIA ARGUMENTA SOLVUNTUR.

Quæ profecto corrupta potiùs ex habendi cupiditate phantasia, quàm ulla recta ratio suggerere consuevit.

584 NAm illud, quod licèt hi Fratres non sint capaces hujus annui redditus perpetui pro victu sub nomine legati, possunt tamen esse capaces illum accipiendi sub nomine eleemosynæ: meo videri est apertè fatuum. Non solum quia ubi aliquid prohibetur fieri per aliquam actionem, censetur prohibitum fieri etiam per æquipollens, ut ex mox adductis Juribus. Et non solùm quia

quia Jura non sunt imposita pro nominibus, sed pro rebus; res autem in præsenti est habere hos redditus, *legatum* autem, & *eleemosyna*, sunt solùm nomina; unde Jura prohibentia hos redditus, æque eos prohibent si vocentur eleemosina, ac si vocentur legatum. Verum etiam, quia ista distinctio, sub titulo eleemosynæ, vel legati, nimis crassæ ignorantiæ redarguit tot sapientissimos Doctores, tot rationibus, & doctrinis inculcantes, prædictos Fratres nullo modo esse capaces horum redditum; quasi quod non adverterint se inutiliter laborare, cum facile sit Testatoribus hos redditus relinquere sub nomine eleemosynæ (& de facto ita semper faciunt) & non sub illo legati. Et ideo, quod dicti Fratres non sint capaces habendi hujusmodi redditus, neque sub titulo eleemosynæ, punctualibus authoritatibus jam comprobavimus supra. §. *Bartolus vers. & iterum*, & §. *Federicus Senen.* & §. *Paliarensis*, & § *Sanchez cum plurib. seqq.* ubi ponderatur illud, quod *prohibitio accipi debet cum effectu*.

Illud pariter, quòd hæres gravatus teneatur saltem obligatione naturali, ac proindè in conscientia, adimplere in hoc voluntatem Testatoris, tribuendo his Fratribus hos redditus ab eo relictos, explosum manet ex pluribus suprà recitatis Authoritatibus, dicentibus *talem in conscientia obligationem nullatenus adesse*, sed potiùs adesse obligationem contrariam. §. *Decreta Sacr. Congreg. ad finem*. §. *Philippus Corneus*, & §. *Petrus de Ancbar* & §. *Sanchez*, & §. *Maranta cum pluribus seqq.* Et confirmatur ea
585 evidenti ratione, quam supra insinuavi, & potest ad hanc formam reduci. Quia quilibet tenetur in conscientia non cooperari peccato alterius, juxta illud Apostoli ad Roman. 1. 32. *Qui talia agunt, digni sunt morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Atqui Fratres isti dum talia legata percipiunt, graviter peccant, quia faciunt rem turpem, & sui Instituti destructivam, ut vidimus ex communi Doctorum traditione. Ergo quilibet tenetur in conscientia tali eorum receptioni, non cooperari. Cooperatur autem dum eis solvit. Ergo ipsis tenetur non solvere.

Ad illud, quod Textus *in cap. exiit, & Clemen. exivi de verb. signif.*

signif. voluit ut hæredes solvant dictis Fratribus hujusmodi legata, quamvis ipsi non possint petere: & quod præmissa per Fratres protestatione, quod ipsi non
586 prætendent ea petere, sed solum recipient eorum æstimationem, aut pretium, si spontè dentur, quodque hoc modo sunt capaces recipiendi: & quilibet de populo potest pro eis petere. Hæc, inquam, omnia intelligenda sunt locum habere in illis legatis, quæ dictis Fratribus permissa sunt, & quæ eorum mendicitati non repugnant, ut pro Fabrica, Sacristia, Bibliotheca, Infirmaria, & similibus: non autem in istis, quæ relinquuntur pro pitantia quotidiana sanorum: quia *cum hæc relicta repugnent eorum mendicitati, nullo modo, nulla via ea habere possunt*, ut constat ex congestis supra *§. Bald. & §. Sangeminian. cum plurib. seqq.* Et ex decis. Emerix, *sub §. Prosequitur hæc ann.*

Porrò ad illud, quod si valet relictum factum pro pitantia quotidiana uni ex his Fratribus, valebit etiam factum
587 pro pitantia quotidiana hujus, & illius, ac proindè omnium Fratrum, ideoque etiam pro toto Conventu, quia totus Conventus nihil est aliud, quam omnes Fratres simul. *Respondetur:* quod hic, & ille Frater, & omnes simul, habent vitam temporariam, & sic legatum ipsis pro pitantia factum, quamvis sit pro tota eorum vita, non est perpetuum. At factum pro toto Conventu est perpetuum, & ideo non valet, ut benè notavit Glossa *ad cit. Clemen. exivi*, & Bartolus *loc. cit. minor. vers. quia Conventus non moritur*. Et allegavimus *supra in §. Federicus Senen. cum aliis seqq.*

Ad illud verò, quod sicut Testator poterat quandiù vivebat dare hanc quotidianam pitantiam dictis Fratribus, ita potuit disponere ut nos hæredes eam daremus: *Respon-*
588 *detur*, argumentum non esse in forma. Debuerat enim poni in antecedenti, quod Testator poterat se in vita sua obligare ad dandam his Fratribus dictam pitantiam: & tunc rectè (quantum ad hoc) processisset consequentia, quod etiam suos hæredes poterat ad id obligare. Sed illud antecedens est, quod est falsum: quia Testator nullo modo poterat se obligare ad dandam his Fratribus

quo-

quotidianam pitantiam, cum semper obstet *incapacitas* horum Fratrum ad recipiendum aliquid à fidelibus pro victu *certitudinaliter, & ex eorum obligatione*, sed totum procedere debeat ad incerto eorum liberæ charitatis, seclusa semper quavis obligatione, unde nec suos hæredes poterat ad id obligare. Notavimus *supra* §. *Doctor Anomalus, & § Abbas Panor. cum aliis plur.* Et deindè etiam dato, & non concesso, quod Testator potuisset se obligare ad dandam hanc pitantiam quamdiù viveret, non tamen sequitur, quod ad id potuerit etiam obligare suos hæredes. Quia cum ejus vita esset temporaria, etiam ejus obligatio fuisset temporaria. At obligatio transiens in hæredes, est perpetua, ut de se patet. = Habere autem aliquem perpetuò obligatum ad sibi dandum quotidianam pitantiam, est illud quod obstat minoriticæ mendicitati, ut sæpè dictum est.

Dum verò dicitur, quòd si est illa perpetuitas, quæ facit repugnare his Fratribus receptionem hujus relicti pro pitantia, poterit illa auferri, & facta æstimatione totius
589 proventus, dari semel unica præstatione quidquid arbitrio boni viri judicatum fuerit: patet responsio ex dictis, nullo modo id posse fieri. Quia *modus ille perpetuitatis* sub quo factum fuit à Testatore hoc relictum, *dat substantiam ipsi relicto:* undè cum talis modus sit turpis, & incompatibilis cum mendicitate horum Fratrum; ipsum quoque relictum penitus corruere necesse est, nulloque modo sanari potest, ut aliquid ex eo debeatur, aut dari possit. Id notavimus supra cum Bartolo, Baldo, Corneo, Barbosa, & aliis: & solemniter definitum vidimus in decisione Emerix, *§. Tandem*. Est enim manifesta contradictio in adiecto, dicere, quòd hoc legatum est prorsus nullum, prorsus inutile, nulloque modo obligatorium, ut vidimus dici à cunctis Doctoribus: & simul dicere, quod ex eo æstimatio præstari debet. Aut enim ista præstatio fieri debet vigore hujus legati, aut non. Si non, jam habemus intentum, quod ex eo nihil debetur. Si autem hæc præstatio fieri debet vigore hujus legati: jam erit simul verum, quod hoc legatum est validum, & invalidum; utile, & inutile; obligatorium,

&

& non obligatorium, quæ sunt contradictoria.

Adde demùm, & conticesce. Quod Testator noster coarctavit dispositionem suam ad hunc præcisum modum, ut hæc præstatio deberet fieri *quotidiè in perpetuum*, cum positiva exclusione cujuscumque alterius modi faciendi hanc præstationem, dicens: *E così ordino, e voglio si eseguisca, nè in altro modo, salvo questo*. Quid clariùs? Nec hoc fecit simpliciter sine aliqua causa, cum tamen ei satisfuisset dicere, sic jubeo, quia sic volo, juxtà vulgatum Textum *in §. disponat. Aut ben. de nuptiis*. Ubi dicitur. *Disponat Testator de re sua, & sit lex voluntas ejus*. Sed insuper vestivit dispositionem suam ea expressa ratione, ut scilicet id cederet in beneficium suorum hæredum, dicens: *ma quando i detti Padri Francischani non siano capaci di ricevere questo legato in detto modo quotidiano perpetuo, in tal caso sia come non fatto, ne disposito, e rimanga libero a i detti Padri miei eredi*. Utiq; in subsidium *della fabbrica del loro nascente Convento*, ut dixerat in pluribus locis. Cum ergo Testator voluerit Patres hæredes esse gravatos onere faciendi hanc præstationem *præcisè, & coarctatè*, quatenùs Patres legatarii essent capaces eam recipiendi illo modo à se stabilito, nempè *quotidiè in perpetuum*; & voluerit eos liberos remanere ab hoc onere, quatenus talis modi Patres legatarii non essent capaces: dum in casu hujusmodi incapacitatis introducimus alium modum faciendi hanc præstationem, jam gravamus Patres hæredes contrà expressam voluntatem Testatoris, qui ad utilitatem, & necessitatem fabricæ eorum Conventus respiciens, eos ab omni onere absolutos esse voluit, quatenùs injuncta præstatio modo à se præfixo fieri non posset. *Così ordino, e voglio si eseguisca, nè in altro modo, salvo questo*. Gravare autem hæredem (maximè quem Testator ad proprias ejusdem necessitates sublevandas instituit) contrà, vel præter voluntatem ipsius Testatoris, sacrilegium in Jure reputatur, ut omnes sciunt. Ergo prædicta pro unica vice præstatio loco præstationis quotidianæ perpetuæ, utpotè excedens modum à Testatore præfixum in præsenti intrare non potest.

Reflexio illa, quod hoc legatum sit valdè tenue, certè valdè

valdè tenuis eſt ad intentum horum Fratrum. Quia
590 quindecim grana per ſingulos dies, anno quolibet faciunt ſcuta, ſeu ducatos, quinquagintaquatuor, & aliquid amplius: quæ certè non poſſunt dici quid modicum reſpectu hæreditatis, quæ quando erit tota ſimul, vix reddet trecentos ducatos annuos, & detractis oneribus, neque reddet ducentos. Sed ſive modicum ſit hoc legatum, ſive magnum, jam ſupra probatum eſt, hos Fratres eſſe prorſus incapaces cujuſcumque annui redditus perpetui pro pitantia, quantumvis exigui, & minimi, ut in puncto firmat Rota *in præcit. deciſ. 756. coram Buratto, ſub nu. 21. verſ. ſed quod Fratres minores ſint incapaces cujuſcumque annui redditus, etiam exigui, tenent, &c.* Et allegat Geminianum, Tiraquellum, Decium, Soccinum, Queſadam, & Bartolum. Quorum verba recitavimus ſupra in ſuis locis. *§. procedit deinde*, & *§. Tiraquellus*, & *§. Tabiena, cum plurib. ſeqq.*

Eſtque efficax illa ratio, quæ adducitur, quòd ſi ſemel liceret iſtis Fratribus habere cum perpetuitate, ac ſecuritate pitantiam quotidianam in ſumma quinque granorum ab uno, poterunt etiam habere alia quinque grana ab alio, & ab alio, & à pluribus aliis; & ſic poterunt etiam illa habere in ſumma plurium, ac plurium carolenorum, ſeù etiam ducatorum, & ſic habere certam, ac ſecuram, totam, ac integram quotidianam pitantiam: per quod penitus infringi rationem eorum mendicitatis perſpicuum redditur. Et pro hoc Authoritates allegavimus *ſupra § Sangeminianen.* & *§. Abbas Panorm. cum ſeqq.* & *§. Tabiena.*

Pietas Teſtatoris commiſerantis penuriam horum fratrum in invenienda pitantia, nihil urget ad intentum Fratrum,
591 ſed potiùs fortiter facit contrà ipſos. Etenim Teſtator, propoſitis ſibi ante oculos, & pietate ſublevandi Fratrum inopiam ſecuritate pitantiæ, & zelo ſervandi eorum mendicitatem, quæ omnem ſecuritatem excludit; *hunc zelum* illi pietati expreſsè prætulit, dum apertè ſe declaravit, quod intendit illis facere hanc quotidianæ pitantiæ eleemoſynam ſub ea conditione dumtaxat, *quatenus ſecundum eorum Inſtitutum ſint illius capaces, aliàs diſpoſitionem*

tionem vult haberi pro non scripta, & totum accrescere suis nominatis hæredibus, cum expressa exclusione Rever. Fabricæ. Undè cum incapacitas dictorum Fratrum habendi hanc pitantiam sit manifesta: sequitur quod eam habere non possunt, ne dum Juris dispositione, sed etiam ex voluntate Testatoris; qui sicut positivè voluit eos habere hanc pitantiam in casu, quo ejus essent capaces; ita positivè voluit eos *non illam habere in casu*, quo ejus non sint capaces.

Quòd verò Testator suspicatus fuerit talis eleemosynæ dictos Fratres esse capaces, & id dixerit doceri à Baldo: hoc ex quadam affectione processit, non ex veritate. Quod quidem ipse Testator, utpotè vir doctus, agnovit, dum statim subdidit, *mà quando per mia disgrazia li detti Padri non fussero capaci di questa carità:* quæ verba clarè indicant, se valdè dubitare de dicta capacitate. Sciebat enim, quod quamvis Baldus *in l. 1. ff. de fideicom. num.* 4. (quem allegat Bertachinus in verb. *legatum pitantiæ:* quemque Testator se vidisse affirmat in ipso Bertachino) simpliciter dixerit, hos Fratres esse capaces legati pitantiæ: non tamen dicit, etiam in casu quod hoc pro pitantia legatum sit quotidianum perpetuum, de hoc enim ibi nihil dicit. Immò in loco suprà allegato, nempè *ad Authent. ingressi, C. de sacros. eccles.* expressè docet, legatum annuum perpetuum his fratribus pro victu relictum, continere in se *turpem modum repugnantem eorum mendicitati*, & ideo non valere, nec sanari ullo prætextu posse. Vide *supra in §. Baldus*. Atque hoc modo intelligendos esse omnes alios Doctores, dicentes valere annuum legatum factum his Fratribus pro victu, ut scilicet loquantur de legato pro victu ad modicum tempus, non verò de perpetuo, monuimus supra cum Sanchez, *in §. Sanchez cum pluribus aliis*: & etiam *in §. Glossa*.

Quòd in quibusdam locis isti Patres habeant quotidianas
592 pro victu contributiones à Statuto, vel Communitate assignatas, non facere ad propositum jam ostendimus ex Federico Senen. cum Paliaren. & Anomalo: quia ad tales denarios dandos non adstringuntur Cives, quin possint resilire à dando cum voluerint. Secus autem esse

in hærede obligato ad solvendos tales redditus ex dispositione Testatoris, quia ad hoc necessariò, & immutabiliter obligatur; ideòque hæc provisio Fratrum habet *perpetuam certitudinem, quæ eorum mendicitati omninò repugnat*. Vide notata *supra in §. Doctor Anomalus*.

Ad illud verò, quòd jam dicti Fratres habent usum, & consuetudinem recipiendi hos annuos pro victu proventus, jam satisfecerunt Geminianensis, Ancharanus, & Zambe, dicendo, quod quatenus adsit talis consuetudo, *corruptela est, eosque peccato illaqueat*, & quantò diutiùs est observata, tantò gravius eos detinet alligatos, quia directè pugnat cum eorum mendicitatis voto. Vide *supr. in § Sangeminianensis*. Undè intrant generosa illa verba Seraphici Doctoris S. Bonavent. *in suo Apologet.* ubi ait. = *Si qui Fratres nostri in talibus incautè agunt*, DOLEMUS, ET CONTRADICIMUS, ET PROHIBEMUS. = Hæc ibi. Et Illustriss D. Archiepiscopus Salernitanus *in præcit. suo libell.* eos expressè vocat IN MALO CONSCIENTIÆ STATU DEGENTES, ET SERAPHICÆ PAUPERTATIS VIOLATORES: ut vidimus *suprà in §. Capitula General. Ordinis*.

Undè minùs obstare potest doctrina ejusdem Seraphici Do-
593 ctoris *in eod. suo Apologet.* ubi ait. = Si aliquis disponeret quòd de proventibus illis, aut illis, darentur Fratribus tot panes quotidiè, vel tantum eleemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc reddituum possessores, cum *non ex jure, sed ex gratia solum*, talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus. Et si post obitum illius, uxor ejus, vel aliqui amici, pro anima illius, vel ex ejus dispositione, velint *aliquo tempore* talem nobis eleemosynam elargiri, possumus similiter accipere ex tali gratia: ita quòd quandocumq; nollent ampliùs ista dare, nihil peteremus ab eis quasi ex debito. Hæc est vera, & pura vita mendicorum; quod datur, ex gratia recipere, non ex Jure. = Hæc ibi Seraphicus Doctor. Quæ certè doctrina potiùs confirmat, quòd supra, cum omnibus Doctoribus firmavimus. Diximus enim non repugnare mendicitati horum Fratrum, quod eis aliquid pro victu relinquatur *ad certum tempus*, de quo expres-

expressè loquitur S. Doctor, ut constat ex illis ejus verbis, *Si velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam elargiri*. Non autem ubi relinquitur aliquid pro victuali provisione perpetua, *in quo perpetuitatis modo consistere turpitudinem mendicitati repugnantem*, jam multis comprobatum est supra. Similiter S. Doctor expressè dicit, quod Fratres recipient hujusmodi eleemosynam *ex mera gratia*, & non ex aliquo Jure, ita quod si illi nolint amplius eam dare, Fratres nihil prætendent ab eis. At in casu nostro isti boni Patres prætendunt à nobis sibi dari hanc quotidianam pitantiam perpetuam, *de jure ob dispositionem Testatoris*, & cum obligatione, saltem conscientiæ. Hoc autem fieri posse à prædictis Fratribus, sanctissimus, ac sapientissimus Doctor, nunquam cogitavit. Immò potiùs audiant quid dicat in eod. suo Apologet. = SI VOBIS (inquit) ANNUOS PROVENTUS LICET RECIPERE, EODEM MODO POTERITIS ETIAM VINEAS, ET AGROS, ET QUÆCUMQUE VOBIS FUERINT DATA, RECIPERE. ET SIC PRISTINA PAUPERTAS, ET MENDICITAS, QUAM PROFESSI ESTIS, PAULATIM EVANESCET, ET NON ERITIS, DISCIPULI S. FRANCISCI, CUM NON SEQUAMINI VESTIGIA EJUS, NEC EJUS REGULAM TENEATIS. = Hæc ibi seraphicus Pater. Quæ profectò ejus Alumni plurimum considerare debent, & perpetuò ante oculos habere, cum timore, & tremore. Ista enim verba: *si vobis annuos proventus licet recipere*: important, quod non solum non possint hos annuos proventus prætendere ex aliquo jure, sed etiam quòd eos non possint *recipere* ex mera gratia. Nam subdit: *eodem modo poteritis etiam vineas, & agros, & quæcumque vobis fuerint data, recipere*. Per quæ verba S. Doctor arguit ejusdem criminis, *recipere* annuos proventus, ac *recipere* vineas, & agros, & similia. Atqui manifestum est, quòd hi Patres, vineas, & agros, & similia, pro victu *recipere* non possunt, etiam quod illis dentur ex mera gratia. Ergo nec annuos pro victu proventus *recipere* poterunt, etiam quod illis dentur ex mera gratia.

Subtiliter autem, ac nervosè S. Doctor, ex incapacitate recipiendi vineas, & agros, collegit incapacitatem recipiendi annuos pro victu proventus. Nam sicut vineæ, & agri necessariò producunt suos annuos fructus, & qui habet hujusmodi vineas vel agros, est certus (moraliter loquendo) recipiendi illos annuos proventus: ita, qui est obligatus ex dispositione Testatoris quotannis aliquid solvere, necessariò solvit, & is ad cujus favorem facta est solvendi obligatio, certitudinaliter recipit. Immò cum majori certitudine recipit, quam qui habet vineas, & agros, quia vineæ, & agri (ut in dies videmus) sæpè non afferunt fructum, nec compelli possunt per Judicem, ut debitum afferant fructum, cum fructus terræ sint merum donum Dei. At hæres obligatus ex dispositione Testatoris solvere annuum proventum, si non solvat, compellitur per Judicem ad solvendum de proprio: undè patet, quod qui habet hæredem obligatum ex dispositione Testatoris, est magis securus recipiendi illum annuum proventum, quam qui habet vineas, & agros. Ista autem necessitas, seù obligatio ex parte dantis, & certitudo ex parte recipientis, EST ILLA, quæ directæ adversatur seraphicæ paupertati, ac mendicitati, de cujus essentia est, *omnia ad proprium victum spectantia, habere in incerto*, ut sæpè ponderatum est: undè sicut vineas, & agros recipere prohibentur, quia ex his necessariò, ac certitudinaliter proveniunt pertinentia ad victum; ita, & fortiori calculo, prohibentur recipere ex dispositione Testatorum annuos pro victu proventus, dum ex his major habetur victualia recipiendi certitudo, cum seraphica mendicitate intrinsecè pugnans, eamque funditus evertens.

Atque hìc convenit repetere, quæ supra dicebam cum agerem de Statutis Ordinis. Cum enim secundum aliquos permissum sit his Fratribus habere annuos proventus perpetuos, pro Missis, pro Fabrica, pro Ecclesia, pro Bibliotheca, pro Infirmaria, pro aliquo pio opere injuncto, & pro aliqua particulari necessitate, quia hæc creduntur non violare seraphicam paupertatem, cum non tangant quotidianum victum sanorum: si eis adhuc per-

permittatur habere hos annuos perpetuos proventus, etiam pro quotidiana benè valentium pitantia, mineſtra, & reliquis ad eorum victum neceſſariis, *Grana quindeci il giorno, per mineſtra, pietanza, & altro loro neceſſario, a i Padri del Monaſtero, e non dell'Infermaria:* ſunt præciſa verba noſtri Teſtatoris: iterum, atque iterum rogo, QUANDO, QUIS, AUT QUALIS ERIT CASUS, quo horum annuorum proventuum receptio eos conſtituat in eo malo conſcientiæ ſtatu, in ea veluti apoſthaſia à diſcipulatu S. Franciſci, ac in ea ſeraphicæ paupertatis violatione, quam S. Bonaventura dicit, Statuta Ordinis proclamant, & univerſi Doctores inculcant? Quæſo oſtendatur, & quieſcam.

CONCLUSIO, ET PROTESTATIO MEÆ RELIGIONIS.

HÆc quæ hactenus adducta ſunt, plurium etiam aliorum Doctorum judicio comprobata, *ad minimum*, ſatis probabile reddunt, (citra audaciæ notam poteram dicere, *evidens reddunt;* ſed ſobriè dixiſſe ſufficiat, *ſatis*
594 *probabile reddunt*) præfatos Patres Franciſcanos eſſe prorſus incapaces hujus legati, ac proindè Patres noſtros hæredes ad nihil teneri, immò potiùs teneri poſitivè ad oppoſitum, ut probatum eſt ſupra. Quocircà, hodierni Patres noſtri in hoc naſcenti Salernitano Cœnobio degentes, præterquamquod nolunt fieri cooperatores ſacrilegæ fractionis ſeraphicæ paupertatis, ſi ultro ſolvant dictis Patribus, quod ipſi in conſcientia recipere non poſſunt: ulteriùs, *ne publicæ ſubiiciantur irriſioni, & ſuorum ſucceſſorum juſtæ repræhenſioni, ſi legatum alias indebitum ultrò perſolvant, & onere illud perpetuò perſolvendi Conventum gravatum relinquant:* propterea hanc ſolutionem ad præſens juſtiſſimè detrectant: prudenter volentes, ut quæ pro ipſorum libertate, & adverſariorum incapacitate ex adductis militant, ab eruditiori calamo priùs evacuentur; & tunc libenter perſolvent, quod juxtà ſaniorem doctrinam ſolvendum eſſe arbitratum fuerit. Dat. Salerni menſe Novemb. 1706.

Fr. Joſeph Antonius de S. Matthia Carm. Deſcal.

§. V.

Satisfit Objectis R. P. Fr. Josephi de S. Matthia Carmelitæ Discalceati.

Controversiæ eleemosynæ relictæ per Fabritium Pinto fuerat jam per Sac. Congregationem Concilii responsum, sub die 14. Junii 1704. Unde absque labe manifestæ contumaciæ PP. Theresiani poterant dare executionem judicato Tanti Supremi Senatus, & demandare observationem Decreti Rev. Fabricæ 1633., & non expectare Votum Doctissimi P. de S. Matthia de mense Novembris 1706., qui utpotè ignarus dictæ resolutionis multa dixit, quamplurima lato deduxit calamo ad causam non congruentia; ob quam rem ne dictum responsum, uti supponitur in veritate emanatum remaneat sub nota colorata veri, Mundo præjudicialis, necessitas urget, ut illius fundamenta omninò evolvantur.

Stante igitur supradicta resolutione S. C. Tridentini Concilii; Responsum non bene incipit à versiculo Psalmi 39. *Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia Magna, & non abscondi veritatem tuam à Concilio Multo*. Verùm erat inci-
595 piendum ab illo alio Psalmi 3. *Dedit Pauperibus. Justitia ejus manet in sæculum sæculi, & Cornu ejus exaltabitur in gloria*. Ratio, quia non est munus unius Doctoris annunciare justitiam, & declinare à S. Congregatione Concilii. Quod uti conflata ex quamplurimis EE. PP. multam facit athoritatem, & cujus resolutiones fuerunt amplexa reverenter per Auditorium S. Rotæ Romanæ *Cardinal. de Luca de paroch. disc.* 6. & *disc.* 7 *nu.* 3. & de illarum justitia non venit per unicum Doctorem, neque per mille inquirendum tradit *Rota coram Seraph. decis.* 1433. *in fine coram Merlino decis.* 523. *num.* 2. & 3. cum habeant vim legis juxtà *Text. in* §. *responsa Prudent. inst. de jure nat. Rota decis.* 73. *nu.* 3 *coram Dunozet. Adden ad Burat. decis.* 479 *l. B.* & ligent in utroq; foro, *Roderic. quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 11. *art.* 2., & ita *Sales Cocbier. Ripeus, & alii deduct. per Pax Jordan. lib.* 3 *de re sac. lib* 3. *tit.* 6 *nu.* 2. *vers. An autem, Coton. contr. lib.* 3. *de cleric. cont.* 8. *de Epaco cap.* 3. *num.* 49. *cum seq.* Abu-

Abusivus igitur censendus est tenor istorum verborum appositorum in *§. Pro Justitia*: *Itaque in hoc mihi injuncto Juris Responso ponam fideliter, quæ mihi secundum veritatem sanæ doctrinæ dicenda esse videntur*. Quia quando opinio Doctoris nullum habuit effectum in supremis Senatibus, & fundatur in motivis extraneis à controversia uti demonstrabitur ad sensum non meretur nomen illud *sanæ doctrinæ*, verum infirmæ, morbo sacro lethaliter affectæ.

Relictis exindè deductis circà factum per dictum P. à S. Matthia, & deveniendo ad suam resolutionem, in qua firmat *PP. D. Francisci non esse capaces annui legati quotidiani, & perpetui pro eorum Minestra, & Pitantia etiam quod*
596 *vestiatur specioso nomine eleemosynæ*, dicimus posito dicto Decreto R. Fabricæ anni 1633. declarante posse eosdem Fratres recipere illum in eleemosynam confirmato in forma specifica per S. M. Urbanum VIII. adeoque ad instar legis in utroque foro obligante uti ultrà superius deducta firmarunt *Ciarlin. lib. 3. cap. 227. num. 12. & lib. 2. cap. 186. num.* 49. *&* 50., *Ridolph in prax. judic. part. 1. cap. 7. num.* 83. *DD. cum Rota in Avenion. dotationis* 19. *Junii* 1682. *§. final.*, *& in Neapolitan. Campanolis* 27. *Junii* 1685. *coram Albergat. & Hispalen. juris votan.* 4. *Febr.* 1697. *coram Emin. nunc Caprara*, *& penes Coton loc cit. num.* 48. *cum seq.*, *& P. Cyrill. de morient. eleem. cas.* 2. *§.* 2. *num.* 3. *&* 4. *cum seqq.* & alias passim; propositionem, & assumptum esse injustum, vitandum, & emendatione dignum; ex quo ratio eleemosynæ non venit dicendum nomen speciosum, sed justum, sicuti pro tali illud semper Suprema Tribunalia usi fuerunt, & resultat ab infinitis Resolutionibus Sacr. Congregationum superius adductis, & inferiùs recensendis, = & *Rotæ in d. Turritana §. poterunt*.

Et ratio plenissima occurrit evertens suum assumptum, ex quo posita distinctione incapacitatis simplicis, & absolutæ, ac respectivæ secundum firmata superiùs *§.* 2. *per tot.* Restat illibata paupertas, & mendicitas RR. PP. ex quo ipsi non habent jus ad petendum legatum victus,
597 habent tamen facultatem passivam illud recipiendi in eleemosynam, & sic restat libera diurna mendicitas, ex

parte hæredis dantis, & incerta ex parte suscipientium, & docuit *Rota in ead. Turritana §. neque hoc modo offuscatur Puritas Regulæ*, & latè *cit. Piton. in discept. 2. num. 11. cum aliis seqq.*

Patet igitur responsio in genere omnibus authoritatibus exadverso consarcinatis, nempè illas loqui de incapacitate absoluta, & simplici non verò de respectiva, & secundùm quid nempè recipiendi per Modum Eleemosynæ, super quibus ne remaneat occasio dubitandi breviter respondetur omnibus Bechinis in dicto responso deductis.

Clementina exivi de verbor. sign. sicuti, & *Text. in cap. exiit de verbor. signif. in 6. & Const. Joan. 22. in extravag. quorumdam,*
598 *& ad conditorem de verbor. signif.* firmat non licere PP. obtinere annuos redditus jure actionis, quod conceditur, & istum esse germanum dispositionis sensum *d. Clementinæ, cum Petro de Palude, Sylvestro, Rodriquez, Tabien., Angel. Ribaden., Anton. Cuc., Villalobos, Royas, Pellizar., Suarez, Lara, Portell., S. Antonin., Texeda, A Spiritu S. Thom. à Jesu, Cyrillo, de Rubeis, A S. Ubaldo, Diana, Torrecilla, Didaco de Cea,* firmat *cit. Piton. d. discept. 2. num. 6. §. Authorit.* non verò jure ratione eleemosynæ, liberè percipiendæ, & gratis ab hæredibus dandæ: & latè *cit. Cyrill. de morient. eleemos. art. 3. §. 2. num. 16. & §. 5 num. 15. §. 7. nu. 14., & casu 2. §. 1. 2. 5 & 6 ac §. 6. nu. 10. & 20. ac art. pr. §. 18. per tot.* cum igitur Clementina non descendat ad secundum membrum distinctionis non potest usurpari in sensum obliquum sicuti usurpatur per *P. de S. Matthia in vers. sed ex hoc dicto efficaciter arguo:* nam ibi assumitur propositio, quod redditus annui cum onere Missarum repugnant cum mendicitate PP. S. Francisci, quando dicta propositio est falsa ex supra adductis, & uti talis amplectitur per eumdem Theresianum arguentem in *§. ex his facilè vers. ad illud*, ubi declarat Textum Clementinæ non adversari legatis factis pro Fabrica, Sacristia, Bibliotheca, Infirmaria, & similibus.

599 Decretum S. C. anni 1628. relatum à *Fagnano in cap. nimis prava de excess. prælat. num. 54.* firmat incapacitatem absolutam, verùm illam excludit, cum habilitatione ad effectum

ctum illa extinguendi, & convertendi illorum proprietatem, & pretium in usus Fabricæ, & Sacristiæ, & per consequens ad hunc effectum admissum etiam per P. ex adverso scribentem remanet capacitas in PP.

Ratio eleemosynæ restricta ulterius ad victualia relicta pro usu Infirmariæ tantum, nullum habet fomentum veri-
600 tatis, quia dicta Taxativa non legitur in Decreto Congregat. anni 1633., quod loquitur de omnibus legatis in genere etiam si sint gratis relicta, pro indigentiis PP. unde ratio, quæ desumitur à D. Theresiæ oraculo, sub istis verbis. *E più conveniente, che manchi il necessario a i sani, che a gli infermi il regalo.* non benè adaptatur, cum propositio sit vera, verum non probat, quòd Decretum anni 1628. loquatur tantùm de legato relicto pro Infirmaria, & per consequens tutius amplecti debet oraculum D. Francisci, quod non interdidit omnem speciem
601 legatorum, sed tantum illam præseferentem exclusionem mendicitatis, juxtà ejus verba relata in Regula, & adducta per *Cyrill. de Rubeis de morient. eleem. art.* 1. §. 15. *num* 30. §. 18. *num.* 4. §. 32 *num* 12. *artic.* 3. §. 3. *num.* 17. *cum sequen* §. 5. *num per tot* §. 9. *num.* 5. §. 10. *num.* 4. §. 13. *num.* 19.

Decretum 7. Julii 1668. relatum per *Pignatel. consult.* 16. *num.* 7. *tom.* 3. loquitur de legato relicto PP. in pecunia reinvestienda in censibus, cum libertate hæredi in casum
602 incapacitatis PP. Minorum assignandi dictam summam scut. 300 alteri Ecclesiæ ad eorum arbitrium: in quo casu potuit S. C. respondere negative adversus Minores, quia de facto ex mente Testatoris, posita incapacitate rationе modi in Conventu Minoritarum intravit arbitrium ad favorem alterius Ecclesiæ designandæ per hæredem, qui casus non est similis nostro in quo non fuit vocatus alter locus pius; verùm Testator fecit effrenatam dispositionem ad favorem Minorum tantum cum istis verbis. *E così ordino e voglio s'eseguisca ne in altro modo*, in quo casu stante capacitate legati per viam *eleemosynæ* à testatore prævisæ, & admissæ recurrunt ea, quæ adducta fuerunt per eumdem *Pignatel. cum resolutionibus S. C.* eadem *cit. consult.* 16. *num.* 2. 3. & 8. frustrà igitur dictum Decretum anni 1668, usurpatur pro legato victus, quando de tali

specie

specie legati Testator mentionem non fecit verùm fecit simplex legatum scut. 300. Conventui S. Pauli PP. Minorum, cum onere investimenti, & cum illius fructibus celebrandi tot Missas, prout ex lectura ejusdem decreti colligere non erit incongruum, quod decretum etsi fuerit adductum in S. C. Concilii tempore quo causa fuit proposita; attamen illo non obstante, ex quo non congruebat casui nostro Sacr. C. C. contrarium resolvit demandando observationem Decreti Rev. Fabricæ 1633.

603 Exindè inutiliter allegatur aliud Decretum *relat. per Fagnan. in sepe decantato cap. nimis prava sub num.* 54. ex quo scribens conatur inferre PP. Discalceatos non teneri in conscientia solvere nostrum legatum. Quia dictum Decretum per nos datum suprà §. 2.

Respondet petitioni: nempè non teneri in conscientia illud solvere PP. verum non exindè sequitur illos non teneri simpliciter ad illius satisfactionem nempè ad favorem Rev. Fabricæ juxtà Decretum anni 1633, quod uti posteriùs declarativum, & confirmatum per Summum Pontificem venit attendendum, & non dictum decretum emanatum de anno 1628., quod est legendum cum relatione ad alias responsiones factas deductas per eumdem *Fagn. num. antecedenti*, firmantes R. Fabricam habere jus vendicandi proprietatem horum legatorum elapso anno, quod tempus successivè de anno 1633. fuit ampliatum ad biennium juxtà claram Decreti dispositionem, & ulterius tale gravamen in conscientia etiam relatè ad
604 PP. Minores innuit *S. M. Clemens VII. in sua constit. emanata die* 23. *Novembris* 1526. *adducta per Lantusc. fol.* 312 & data per Theresianos in S. C. Concilii sub die 8. Maii 1706., quando petierunt confirmationem Concordiæ factam cum PP. legatariis, & fuerunt rejecti, qui S. Pontifex ita loquitur in dicta Constit. ut. *Cum hæredes &c. in conscientia se gravatos sentient ad pias voluntates defunctorum exequendas,* = *& alias pro exoneratione quoque conscientiarum dictorum hæredum.* =

Quam synteresim non solum sentierunt Theresiani, sed in scriptis illam exposuerunt coram Sac. Congr. Concilii sub die 15. Septembris 1703. juxtà supplicem libellum

datum

datum supra §. *cum his verbis*. *E non essendone essi Conventi capaci per trattarsi di legato di vitto pensano essi oratori di transiggere il detto legato per una volta solamente per sodisfare la pia volontà del Testatore nel modo più possibile, che si può anche secondo li Decreti della S.C.* Undè P. de S. Matthia non benè militat pro suo Conventu adversus Testatoris piam voluntatem prætendendo excludere motum conscientiæ à suis Religiosis, qui obligationem cognoverunt, quando vero in *ead. dist. 4. art. 8. relat. per Fagnan.*
605 *adducitur*. *Responsio*. 161. *An possint illas nempè annuas præstationes à spontè dantibus accipere per se ipsos, vel per Sindicos Apostolicos*. = *Posse illas per modum eleemosynæ, & à spontè dantibus accipere etiam per se ipsos si in aliis speciebus consistant, quod si in pecunia nonnisi per Sindicum Apostolicum*.

Capitula Generalia ordinis non solùm non perturbant nostrum intentum, quin potiùs illud confirment. Ex quo
606 Capitulum Generale anni 1628. ex adverso allegatum consulvit refutationem legatorum perpetuorum relictorum sub modo illicito, & tollentium è medio mendicitatem, non verò illorum relictorum sub modo licito, & ratione eleemosynæ, sicuti cantat Capitulum convocatum die 29. Maii 1694. cujus verba refert P. A S. Matthia, quæ contra ipsum ad sensum retorquentur, cum includant capacitatem sub ratione eleemosynæ: & verba sunt ista. *Si quis suis hæredibus proprietatem reliquerit cum onere nobis ministrandi fructus inde provenientes eleemosynaliter, sive pro Ecclesiæ, Fabricæ, Infirmariæ, aut* (notentur ista verba adamussim congruentia nostræ peculiari necessitati pitantiæ à Testatore per annos expertæ) *particularis necessitatis levamine, sive pro aliquo opere nobis à benefactoribus imposito: id quidem præmissa protestatione in statutis expressa, & non nisi per viam simplicis eleemosynæ recipi poterit*. Quo fundamento igitur scribens asserat necessitatem ferculi, seù minestræ, non esse peculiarem, quando Testator illam expertus fuit, & de illa mortis memor in testamento testimonium reliquit, itaut Capitulia Generalia nullimodè obstent, imò faveant capacitati per viam eleemosynæ uti ad satietatem dicta Capitula deducendo

firmat

firmat sepè citatus Pitonius *d. discept. 2. num. 7.*

607 Ita negligitur effatum, *quod pro pitantia quotidiana nusquam reperiatur S. Sedem declarasse posse ab his fratribus recipi relicta perpetua:* nam talis declaratio inest in decreto Rev. Fabricæ anni 1633. loquens in genere de omnibus legatis relictis absque onere, & reperitur resolutum per S. Cong. Concilii in specie in *Faventina legatorum 2. Martii* 1697., *& per S. C. E., & R. die* 21. *Novembris* 1698., *& per alias S. Congregationes R. Fabricæ, & Boni Regiminis superius deductas.*

Interrogationi factæ à P. S. Matthia. *Si ultra præfatas occasiones nempè pro Missis, pro Ecclesia, pro Fabrica, pro Infirmaria, pro aliquo opere injuncto, & pro aliqua particulari necessitate, liceat his Fratribus annua legata perpetua etiam pro spectantibus ad quotidianam bene valentium pitantiam. Quis erit casus Domine meus in quo verificari possit hujusmodi legata esse invalida, & Fratres ea recipientes esse in malo conscientiæ Statu, & Seraphicæ paupertatis violatores?* Responsum fuit cum supradictis fundamentis. Nempè, quod omnia legata relicta modo illicito sunt invalida, & essent in malo conscientiæ statu isti Fratres, quando
608 acceptarent hæreditates, & legata, illas, & illa respectivè petendo jure actionis, & denegarent adimplere onus ipsis injunctum à Testatore sicuti est Casus PP. Theresianorum, qui acceptaverunt hæreditatem Fabritii opulentissimam, & renuunt facere miserabilem eleemosynam in testamento præscriptam, secùs verò quando recipiunt dicta legata, seù potius eleemosynas ipsis gratis ab hæredibus datas, cum quo fundamento valido, ac
609 firmo, procedunt Statuta Ordinis, & Concilia generalia nempè *Toletanum indictum de anno* 1504. *Burgense de anno* 1523. *Assisien.* 1526. *Barchionen.* 1541. *Segobien.* 1611. *Roman.* 1603. Relata per *dict. Pitonium ead. disc. 2. præfato num. 7.*

Et rationem nostræ responsionis dat idem Capitulum anni 1694. mutilatè observatum per P. de S. Matthia cum istis verbis. *Non enim Regulæ puritati repugnat ex toties à S. Sede declaratis nos habere legata etiam perpetua quorum Capitalium directum dominium sit omninò extra nos, & fru-*

ctus

Etus nobis eleemosynaliter ab hæredibus gravatis ad Testatorum mentem erogandi à nobis, vel à nostro Apostolico Sindico eleemosynaliter etiam petantur.

Glossa in d. Clementina exivi, favet nostræ opinioni illamque potiùs confirmat, quam destruit. Ex quo admittit Fra-
610 tres præfatos esse capaces annuorum reddituum relictorum ad usum divini cultus putà vini pro sacrificio, frumenti pro Hostiis, & pecuniarum pro victu, & vestitu ad modicum tempus annorum decem, & pro istis legatis perpetuis firmando capacitatem firmat in illis actionem illa petendi mediante Sindico Apostolico, denegando verò capacitatem denegat actionem standi in judicio simpliciter non verò denegat habilitatem recipiendi illa per viam eleemosynæ à spontè dantibus, uti cum stabili DD. Schola firmat idem *Piton. eadem discept.* 2 *num.* 6.

Bartol. in tract. minoric. lib. 2. *dist* 6. *cap.* 1. *cum sequen. allegat.* nil adducit ad propositum. Nam loquitur de legato relicto, & interdicto ratione modi à testatore expressi, itaut semper militet id quod diximus, quòd à tali legato oriatur actio: Et quamvis dicat se ipsum putare Fratres debere à dicto legato penitus abstinere, cum hoc repugnet statui, & mendicitati ipsorum nam non viverent simpliciter in spe Dei propter spem, quam haberent in dicto legato.

Attamen tale dictum venit intelligendum, vel in sensu per ipsum expresso: nempè si relinquatur Fratribus legatum pro alimento unius Conventus, quia Conventus non moritur, & in hoc sensu certè procedit Bartol dictum, ex quo alimonia integri Conventus proveniens à legato destrueret mendicitatem, vel cum protestatione per ipsum expresśè in proemio talis tract. ubi protesta-
611 tur se nolle facere authoritatem; verùm subponere ejus judicium meliori judicio S. Sedis, & Tribunalium quibus in præsenti casu venit deferendum profligata, ac neglecta DD. opinione.

Attamen doctrina Bartoli extranea est, & nullimodè applicabilis casui nostro, in quo non fuit legata íntegra alimonia Conventus, verum summa quinq; granorum, quæ distributa proportionabiliter pro pitantia Fratribus

loca-

localibus, utinam constaret summam æquivalentem uni quatrino, & tota summa quinque granorum non excludit mendicitatem Conventus, sicuti non excludit mendicitatem Conventus Theresianorum tota integra hæreditas Fabritii Pinto, cum adhuc d. PP. Theresiani mendicantes, & pauperes se ipsos concionentur.

Et per consequens cum P. à S. Matthia vocet homines ad effugiendam Doctrinam, Bartoli, si illam effugere possunt sub auspicio clypei ratione *eleemosynæ*, omnes vocati possunt doctrinam Bartoli effugere sicuti in specie ab illa aufugit *Rodriquez in tom 2. quæst. regul. quæst. 127. art. 4. §. neq; obstat*, & ita machinam scribentis evolvunt.

612 Neque obstat quod eleemosyna sit certa &c. *Nam respondeo, quod etiamsi dicta eleemosyna sit certa moraliter, at civiliter incerta est, & esse eleemosynam moraliter certam, quia certo solvi debet, non repugnat statui paupertatis altissimæ, nisi ipsa sit excessiva.*

613 Excessivitas verò consistit in eo, quando legatum esset talis naturæ, ut tàm ratione summæ, quàm ratione perpetuitatis temporis tolleret è medio Conventus paupertatem *Myx. cap 63. difficult. 13*, & tenderet non ad sublevandam peculiarem necessitatem, verùm consoveret in vivendo superfluitatem *Sanchez lib. 7. cap. 26. nu. 13. allegat per P. Didacum Cæa in sua elaborata allegatione præsentata Congregationi deputatæ per S. M Urban. VIII. in fundatione Conventus Victoriæ, & impressa Penes d. Pitonium in discept. 2 num 82.*

614 Absque igitur applausu exclamanda venit authoritas Bartoli, quando illius dictum recipit modificationem præfatam, vel simpliciter impugnatum reperitur ab aliis DD. ad quem effectum videndus est *P. Cyrillus Rubeus in art. 1. §. 24. nu. 3 pag 152 & in cas. 2. §. 4. num 36 pag. 544. Cordub. in exposit. regul. cap 6 quæst. 10 Sylvester in summa v. legatum pr. num. 4 Torricel. formul inst. tom. 1. allegat. per d. Piton loc. cit. num. 29. ac S. Rota Romana in d. Turritana eleemosynarum coram R. P. D. Emerix §. neque.* Ubi firmatur PP. non obstantibus dictis legatis vivere in spe Dei, ex

615 quo dicta eleemosyna, neq; moraliter dici potest certa, quia semper pendet ab arbitrio Judicis, illam dare, vel dene-

denegare volentis cum qua coheret resolutio S C.C. orta de anno 1635. cum istis verbis. *Victoriæ fundationem, legataque perpetua per modum eleemosynæ obtinere S P. Francisci Regulæ puritati nullatenus adversari*, & cum istis coherent innumeri DD. inter quos *Castill de alimen. cap. 52. 26. Amostaz de causis piis lib 4. cap. 3 num 66. cit. Piton. d. discept. 2. num* 30. & ego addo, quod uti pendens à libero arbitrio pariter hæredis ob id nullo modo potest dici certa, quodque cum eleemosyna sit subjecta hujusmodi affectionibus, ob id Sedes Apostolica ne dispositiones Testatorum remaneant neglectæ demandavit præfatum Decretum de anno 1623

616 Atque si recta acie intueatur *Bartolus in loco cit. lib. 2. Minor. dist. 2. cap.* 1. etsi dicat, quod si *modus adjectus legato est illicitus FF. M. inspecta conditione ipsorum; tunc æstimatio non debetur, nec potest recipi;* præfata verba nullimodè excludunt eosdem FF. posse recipere eleemosynas à sponte dantibus, quia verba Bartoli *æstimatio non debetur, nec potest recipi* referuntur ad modum illicitum petendi illa jure actionis, numquam verò ad modum licitum puræ, & simplicis eleemosynæ, uti ulterius idem Bartolus explicatur per *cit. Cyrill. in art* 1. § 24. *num* 3. *cum seq. & in casu* 2. §. 4 *num.* 36

617 *Baldus in Authentica ingressi num.* 59. *&* 60. *C. de Sacr. Eccles.* loquitur de legato annuo relicto FF. modo illicito, & concludit ratione turpitudinis modi illud esse nullum, ex quo exclusa remaneret paupertas; non verò de legato tenui relicto modo licito, uti est casus noster: unde vel est intelligendus in casu quo legatum directè collatum fuit, & relictum Fratribus, secus verò, quando nulla proprietas collata est in FF. verùm solus gravatus remansit hæres ex præcepto testatoris dare ipsis eleemosynam tenuem nullimodè excludentem paupertatem, vel simpliciter illi non est deferendum ex quo obscurè in hoc loco locutus fuit, & sibi videtur contrarius in *l. cum rem alienam in* 12. *colum. C. de legatis*, prout etiam illum confutant *Polit. in cap.* 6. *Regum num.* 64 *Jason in l. idem Julius §. constat ff de legatis* 1 *num.* 9. *ac P. Cyrilius Rubeus de morient. elemos. art.* 3. *§. VIII.* & remanet convictus à variis

reso-

resolutionibus S. Tribunalium per nos recensitis, & recensendis.

Philippus Corneus in consil. 117. num. 8. & 9. lib. 2. cum verbis per P. Theresianum adductis concludit relictum Fratri-
618 bus intantum valere in quantum imminet necessitas, quæ imminet in casu nostri legati, occasione difficultatis eleemosynæ, quæ non invenitur in loco ubi dd. FF. commorantur, & Testator fassus fuit ipsum expertum fuisse per annos. Unde non valet illatio P. A S. Matthia, asserentis pitantiam futuræ hebdomadæ, futuri mensis, & futuri anni non esse præsentem hodie, quia legatum est diurnum sicuti necessitas diurna, neque Theresiani hæredes tenetur dare eleemosynam præventivè, sed dietim, juxtà præceptum testatoris; Et per consequens contra illum recurrunt fundamenta superiùs recensita libertatis in hærede solvendi, & capacitas in FF. recipiendi ratione eleemosinæ.

Petrus de Ancharano loquens in suo consil. 199. cum creduli-
619 tate, quòd hæres possit salva conscientia retinere pro se annuos redditus relictos PP. intelligendus est de annuis redditibus relictis modo illicito nullam producentibus actionem, secus verò de onere injuncto hæredi illa solvendi, quia aliud est legare immediatè annuos redditus Conventui, & Fratribus, & in hoc casu nulla actio oritur ad favorem Conventus, & Fratrum sed devolvitur actio ad R. Fabricam; aliud relinquere totam hæreditatem alicui, cum onere dandi eleemosynam, & in hoc casu quia nulla actio pariter censetur collata PP. in quos directa fuit intentio Testantis, verùm obligatio infixa est in bonis testatoris; exindè per acceptationem hæreditatis hæres contraxit cum paupere, itaut orta sit hypotheca, & actio ad favorem Animæ testantis, pro qua agit Episcopus, uti executor piarum dispositionum, & in Regno R. Fabrica, uti firmatum fuit. *§. 2 & alibi*, & per consequens Theresiani hæredes tenentur in conscientia adimplere voluntatem Testatoris, & non sub FideConsilii Ancharano, qui præcisè in causa non consulvit contra tantas resolutiones, & clarum Decretum Rev. Fabricæ Authoritate Apostolica cofirmatum præten-

tendere salvationem eorum conscientiarum; itaut omninò sit suspecta talis opinio firmans hæredem posse retinere hujusmodi legata ex firmatis supra §. 3.

Federicus Senensis in consil. 12. per tot. loquitur de legato domus relictæ alicui, ut ex pensione solvat quid annuum d.
620 Fratribus, & concludit F. non esse capaces illius redditus annui. Transeat hoc cum moderamine distinctionis supra insinuatæ *in d. §. 2.* verum non exindè infertur, ergo Testator non potest gravare hæredem de dando diurnam eleemosynam in perpetuum Fratribus, & in casu quo gravavit, talis oneris injunctio est nulla, ut exindè liberetur hæres à solutione, & onere implendi præceptum Testatoris, quæ illatio eum sit intempestiva, & authoritas consilii non sit punctualis etiam frustrà allegatur ad propositum. Reflectendo, quòd P. de S. Matthia laborat cum duplici fallacia, tàm relatè ad hæredem, quàm relatè ad legatarios. Relatè ad hæredem quia dicit. *Hæres non tenetur solvere legatum legatario, ergo est immunis à solutione in foro conscientiæ*, & consequentia est falsa, quia tenetur solvere Animæ Testatoris seù R. Fabricæ, itaut semper remaneat illaqueatus ex omni jure adimplere onus legati. Relatè ad legatarios, nam saltat à capacitate simplici, & absoluta ad illam secundum quid, & supponendo in majori vera hoc effatum *PP. sunt incapaces petendi legatum per viam actionis, ergo sunt incapaces recipiendi per viam eleemosynæ*; & per consequens uti summulistæ notum esset evagatur in fallacia, ut ita dicam, accidentis.

Omnibus aliis authoritatibus DD. exadverso consarcinatis non fore respondendum singillatìm opere pretium duxi; ex multis motivis non spernendis: Primò quia cum unica responsione data in genere, ratione modi & jure actionis, ac ratione eleemosynæ superiùs §. 2. *per tot.* satisfit omnibus objectis in subjecta materia allegandis.

II. Quia Authoritates coincidunt cum rationibus perpensis per unum, aut alterum ex DD. ab aliis transcriptis; et sic respondendo semper in eadem coincederemus responsione, absque ullo applausu, imo cum nausea evitanda.

III. Quia in hac materia habetur allegatio P. Cea, quæ
621 respondet omnibus motivis in contrarium adductis ad unum verò, aut alterum restringendis, nempe ad incapacitatem Fratrum, & caducationem legati ad favorem hæredis, ita ut neque in conscientia isti teneantur solvere dictum legatum, quæ cum emanaverit in causa cujus motiva amplexa fuerunt per Cong. à S. M. Urbano VIII. deputatam, & cum resolutione munitam imò authoritate Apostolica confirmatam cum speciali Bulla impressa penes *d. Pitonium in discept. 2. num. 127.* illa venit attendenda, unà cum resolutionibus Summorum Tribunalium Urbis, & nulla ratio habenda est de alienis Doctrinis uti animadvertit idem *Pitonius loc. cit.* cum istis verbis: *Hæc Urbani Constitutio per quam praxi mandata est doctrina præcedentis allegationis haberi, ac reputari debet pro norma, & Regula ad discernenda annua perpetua legata Seraphicæ Regulæ conformia ab illis, quæ paupertati in ea præscripta reipsa adversentur. Nec quoad eorumdem legatorum receptionem acceptationem, & exactionem ulla habenda est ratio de Doctrinis scriptorum, aut sententiis Judicum, seù Tribunalium, quæ contrariæ fuerunt Bullæ, allegationi, & Brevi prædictis, pollent siquidem ea authoritate S. Sedis, qua carent ceterorum DD. discursus, & opiniones.*

IV. Quia cum innumeri adsint DD. qui hanc materiam, vel ex professo, vel incidenter pertractavere cum diver-
622 sitate opinionum, ipsi videndi erunt si alicujus curiositas, id vellet experiri in propriis locis, ad quem effectum datus fuit Elenchus illorum, & pro præsenti conclusione sufficit allegare nostras resolutiones uniformes in causa emanatas tàm S. C. Concilii, quàm R. Fabricæ, ut *observetur Decretum R. Fabricæ 14. Februarii 1633.* quibus non adversatur per dicta DD., & firmata per decisiones in propriis sedibus videndas.

Undè respondetur conclusioni per P. A S. Matthia in nostra causa factæ cum istis verbis.

Ex his facilè omnia argumenta solvuntur, quæ profectò corrupta potiùs ex habendi cupiditate phantasia, quàm ulla recta ratio suggerere consuevit.

Ex quo P. A S. Matthia, multam in suo opinamento fidu-

ciam

ciam posuit adversus tàm sanctas resolutiones Sacrarum Congregationum, ob quam rem breviori, qua permissum erit responsione spero talem fiduciam de insubsistentia convincere.

Concludit igitur primo. *Suo videri esse apertè fatuum dicere, quod hi Fratres etiamsi non sint capaces hujus legati pro victu, sunt tamen capaces illud recipiendi sub nomine Eleemosynæ*, adeoque prætendit ponere sub derisione DD. loquentes cum tali distinctione.

Sicuti, & secundo asserere, quod hæres gravatus teneatur saltem obligatione naturali, ac proindè in conscientia adimplere voluntatem testatoris.

623 Ad primam conclusionem dicimus propterea Negligentem distinctionem per nos datam ratione juris agendi, & ratione eleemosynæ, præseferre notam temerariæ, ac duræ cervicis, ex quo nos in nostris scripturis ad manus Theresianorum perventis, utpotè eorum procuratoribus datis, & distributis in causæ propositionibus juxtà stylum Urbis non somniavimus illam, verùm in mutuum recepimus à resolutionibus S. Congreg. à Bullis Pontificum, à Sententiis Tribunalium, & dictis DD. uti ad sensum ostendemus.

A Bulla S. M. Urbani VIII. emanata super fundatione Conventus Victoriæ anni 1635. adducta, & registrata per extensum in dicto *Piton. discept. 2. num. 122.* ibi = *Facta protestatione secundùm D. S. Bon. &c. hujusmodi eleemosynas acceptare nolle &c. dummodò redditus hujusmodi nomine tantum eleemosynæ, prout eorum statui non repugnat, per dd. Administratores proprietarios distribuerentur* = & à consimili emanata anni 1637. favore R. P. de Observantia Provinciæ Cismontanæ in §. *Insuper.* ibi = *Declaramus &c. dictos Conventus, & Fratres &c. licitè, validè tuta, & salva conscientia tenere posse annua, & perpetua legata, vel certos aliquos redditus, aut proventus annuos, & perpetuos præfatæ puritati nostræ Regulæ consentaneos per modum eleemosynæ &c.*, & alias prout in dicta Bulla registrata penes *d. Piton. loc. cit. num. 62.*

624 A Statutis Papalibus Pauli II. adductis per eumd. *Piton. loc. cit. num. 167. §. Inhibemus* = *Ubi tamen per talia sine*

Fratribus &c. per dantes &c., vel per procuratores Papæ nomine, & authoritate donantium, ubi & quando placeret Donantibus per modum eleemosynæ liberè Fratribus ipsis necessaria, & licita &c. Ministrarentur. Dicimus &c. ex liberè oblatis propter Deum, & ex laboritio per Regulam, & per Declarationes Nicolai PP. III. Fratribus vivere liceat, non videtur puritati regulæ contravenire.

625 A resolutionibus S. C. deputatæ per S. M. Urbanum VIII emanatis die 9. Septembris 1628. juxtà *dub.* 3. *dist.* 3. An possint Fratres illa accipere à spontè offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ. ℞. *Posse Fratres illa accipere per modum eleemosinæ à spontè offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ, citrà tamen ullam obligationem ad onus perpetuum, & dummodò priùs protestentur se illorum capaces non esse:* Et in *dist.* 4. *art.* 8. ubi fit mentio de legatis annuis absq; onere: An possint annuas præstationes à spontè dantibus accipere per se ipsos, vel per Sindicos Apostolicos. ℞. *Posse illos per modum eleemosynæ, & à spontè dantibus accipere etiam per se ipsos si in aliis speciebus consistant, quod si in pecunia nonnisi per Sindicum Apostolicum, Fagnan. in cap. nimis prava de excessu prælat. adduct. per d. P. Cyrillum Rubeum post d. tract. de morient. eleem. ac Mattheuccium in official. cur. p. 2. cap.* 9.

A simili C. deputatæ per eumdem S. Pontificem super negotiis FF. Minorum de observantia familiæ Cismontanæ relatæ per *Piton. loc. cit. num.* 54. *Quòd bujusmodi* redditus assignarentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, Communitatum, Terrarum, qui *tales eleemosynas*, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel Donantium sine Fratribus exigant, & recipiant, & à F. sivè aliis Sacerdotibus, quandò F. noluerint tales missas, vel suffragia juxta piam intentionem Benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum dici faciant.

626 Ab alia resolutione S. C. C. fundata super juribus allegatis per P. Cæa Commissarium Ordinis Minorum de observantia superiùs recensitis, tenoris = *Victoriæ fundationem legataque perpetua per modum eleemosynæ obtinere*

S. P.

S. P. N. Francisci Regulæ puritati nullatenus adversari Piton. loc. cit. num. 100.

A Decreto Congregationis Rev. Fabricæ emanato die 14.
627 Februarii 1633. confirmato per Summum Pontificem uti annuimus suprà §. à quo emanat duplex dispositio habenda pro lege, quòd F. Minores sint capaces recipere per modum eleemosynæ legata quæcumque, & qualiterque ipsis relicta, dummodò ab hæredibus gratis dentur. Quodque hæredes omni jure teneantur adimplere præceptum testatoris solvendo dicta legata, vel Fratribus, quatenus velint liberè, & spontè, vel R. Fabricæ coactè, & Judicis officio.

Cujus dispositionis evidentia resultat ab aliis consecutivis
628 resolutionibus ejusdem S. C. dicti Decreti executionem demandantibus. Quarum prima fuit illa emanata die 28. Maii 1639. cum Epistolis directis Episcopi S. Angeli in Vado hujus lecturæ. *Hà avuto ricorso à questa S.C. della Fabrica il Priore Generale de Minori Osservanti esponendo, che di un legato pio appartenente a detti Frati di S. Angelo in Vado V. S. intenda eriggere un Canonicato sotto pretesto della loro incapacità: Questa medesima Congregazione anche con participazione di N. S. fece Decreto* (quod est illud anni 1633.) *che questi PP. potessero ricevere per modum eleemosynæ l'annui legati pii, e che non si estinguessero riservandosene la dispositione à N.S. conforme all'ingionto decreto Roma* 28. *Maggio* 1639.

Et quamvis Episcopus in sua informatione quamplurima deduxisset ad ostendendam incapacitatem Fratrum denuò S.C. rescripsit = *Sendo stata letta in questa S. Congregazione la risposta data da V. S. in materia dell'applicazione da lei fatta ad un Canonicato delli scudi* 809. *lasciati da Carlo Gualterucci alli Frati della Osservanza con peso di messe, non son parse à questi Eminentissimi Signori sufficienti le ragioni addotte per sostenere detta applicazione, quale come che è fondata tutta nella incapacità de Frati, così non sossistendo tale incapacità almeno ad effetto di potere ricevere per via di limosina, conforme al Decreto fatto da questa S.C. doverà V.S. sospendere, ne in essa procedere più oltre in pregiudizio de Frati Roma* 30. *Agosto* 1639.

S 3 Secun-

Secunda sub die 31. Decembris 1639. directa Episcopo Anconitano: ita: *Questa S. C. altre volte dichiarò detti Frati capaci per modum eleemosynæ, però provederete che il legato si eseguisca, ne sotto il detto pretesto della loro incapacità li eredi ritardino il pagamento.*

629 Tertia sub die 17. Martii 1640. lata ad favorem PP. Minorum de Magliano, in qua agebatur de legato sc. 1500. cum obligatione injuncta hæredi de reinvestiendo dict. summam, & solvendo fructus annuos PP. erogandos ab istis in perpetuum pro celebratione duarum Missarum, & pro emendo sacro suppellectili Altaris, & applicato R. Fabricæ per Commissarium illius, & demandans talis applicationis revocationem ita: *E perche detti PP. Osservanti credono detta Sentenza non possa sossistere, sì per avere questa S. C. dichiarato del 1633., che essi sono capaci di simili legati per modum eleemosynæ &c. E parendogli la domanda ragionevole, ne danno la facoltà di potere rivedere, conoscere, e terminare detta causa per giustizia, con facoltà di reintegrare detti Osservanti. Prout de facto Commissarius eosdem PP. ad legatum reintegravit.*

Demùm adsunt consimiles declarationes emanatæ, sub diebus 28. Julii 1640; 20. Decembris ejusdem anni, 5. Octobris, & 2. Novembris 1641., & aliæ, quas brevitatis causa omittendas censui, quæ omnes declarant capacitatem cum tali modificatione per viam eleemosynæ, & registratæ inveniuntur in eadem *discept. Piton. num.* 138. 139. 140. 141. & 142.

630 Ulteriùs hujusmodi distinctio, censetur admissa per Summos Pontifices: cum enim de anno 1641. Commissarius Fabricæ applicaverit quemdam censum mille florenorum in sorte, & sc. 80. in fructu erogandorum in emptione Tunicarum, & habituum pro dictis PP. juxtà donationem istis factam à Gaspare de Bartolomeo, comparuerunt coram S. M. Urbano VIII. idem PP. Minores, & ita eorum intentum exposuerunt. *Supplicant &c. quatenus dignaretur declarare Fratres esse capaces dictæ donationis, & à Ministris Fabricæ non posse molestari, quin per modum eleemosynæ possint dari, & recipi fructus census &c.* & emanavit præfata Signatio. *Die* 12. *Novembris* 1641.

SS.

SS. D. N. audita relatione S. Suæ facta de ordine Emin. Cardinalis Barbarini Protectoris benignè annuit petitioni supradictæ, & in illius executionem S. C. Fabricæ ita Signatæ petitionis demandavit effectum. *Questi Eminentissimi miei Signori della S. C. della Fabrica vi ordinano, che lasciate liberamente pagare, e ricevere detti frutti, alli medesimi Frati donati per modo di limosyna conforme la grazia fattagliene da N. S. revocando li sequestri, & ogni altro impedimento di questo Tribunale, e suoi Ministri. Roma 21. Decembre 1641. Piton. loc. cit. num.*

Et indefinitè per S. C. etiamsi actum esset de legatis, &
631 donationibus factis pro manutentione PP., & illorum habitu, vestito, & victu, dummodò necessitas id suaderet uti fuit resolutum die 26. Maii 1645. per S. C. in Lituaniæ *ita Dictos Fratres posse recipere per viam simplicis eleemosynæ juxtà Doctrinam S. Bonaven. Piton. loc. cit. nu.* 146.

Ac de legatis simpliciter relictis; cum enim sub die 27. Maii 1656. Andreas Benedetti reliquerit in testamento annuam eleemosynam ducatorum decem PP. Reformatis Urbis illamque in Testamento non expresserit Notarius nisi sub nomine legati, Elpidius Benedetti hæres volens voluntatem defuncti executioni damandare memor Præcepti Dei Non furtum facies, & propriæ conscientiæ consulere volens recursum habuit ad Summum Pontificem exponendo errorem Notarii, ita concludendo demùm ejus petitionem: *Supplica Vostra Santità voler derogare à detta incapacità, ò commutare la detta elemosina à beneficio della Sacristia delli predetti PP. senza che la Fabrica di S. Pietro possa pretendervi cosa alcuna:* & cum fuerit petitio remissa ad S. C. tamdem ortum habuit præsens resolutio. *Facta relatione &c. SS. annuit, ad instantiam tamen hæredis ipsius Testatoris, & sub titulo eleemosynæ. Piton. num.* 147., & indistinctè, pro legatis pro victu, & vestitu semper resolvit S. C. Boni Regiminis cujus resolutiones fuerunt supra deductæ *§. 2. num....*

Sicuti ulterius S. Congregatio Episcoporum, & Regula-
632 rium amplexa fuit, talem distinctionem *per viam eleemosynæ* à P. S. Matthia absque fundamento neglectam, nam pro PP. Observantiæ Lucen. sub die 26. Martii 1677. hanc dedit Declarationem.

S. Cong. E. & Reg. sæpius declaravit Fratres Minores de Observantia S. Francisci, quamvis attenta dispositione exivi de Paradiso, & Const. Nicolai III., & Clement. V. sint incapaces obtinendi census perpetuos, & bona stabilia, posse tamen per viam puræ, ac simplicis eleemosynæ, recipere quidquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum, pro ornamento Ecclesiæ, aliisque necessariis procurandis juxtà Doctrinam D. Bonav. relatam in Const. S. M. Urbani VIII. Incipiens Sacrosanct. Apostolatus Ministerium.

Ac cætera Tribunalia Urbis, & Orbis, quorum juvat breviter adducere Sententiam Episcopi Cathacen. ema-
633 natam super executione Decretorum S. C. præfatæ emanat. die 31. Augusti 1674. ad favorem PP. Observantia de Taberna, & confirmatam in gradu appellationis per R. P. D. Thomatum tunc A. C. emeritum Locumtenentem, sicuti, & in tertia instantia nova, & triplicata sententia corroboratam per R. P. D. Franciscum Columna, non minoris notæ dignissimum Urbis Prælatum, & Cancellariæ Regentem impresf. penes eund. *Piton. loc. cit. num.* 161. ibi. *Inspecto tenore Bullæ SS. D. N fel. rec. Clementis PP. X. sub datum Romæ die* 31. *Augusti* 1674 *pro confirmatione Decreti S. C. negotiis Episc., & Regul. præpositæ lati sub die* 3. *Augusti* 1674. *declarantis F. Minores de Observantia posse recipere annua legata Missarum per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, ac pro executione ultimorum voluntatum.*

Cum dictis Tribunalibus cohæret S. Rota Romana, quæ etsi firmavit PP. Minores esse incapaces per viam actionis, esse tamen capaces per viam puræ, & simplicis eleemosynæ uti colligitur ex eadem Turritana eleemosynarum toties allegat. ubi innumeri DD., & in specie in §. *Simili modo* = §. *Poterunt*, ubi amplectitur indefinitè dicta distinctio, quod PP. etsi agere non possunt pro consecutione legatorum, possunt tamen illa recipere ab hæredibus solventibus per viam, & per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, & hanc distinctionem amplexa fuit caterva DD. uti dict. *Piton. loc. cit.* §. *Authoritatibus* firmat adducendo DD. innumeros, ad quem recurrere

non

non erit inutile; quando occasio aditum præbebit, & ultimo loco in studiis, Judicaturis, & impressionibus elaboratus R. P. D. Vincentius Petra in suis *Com. ad const. Apostolic. const. Honorii III. sect. 4. num. 48. fol mihi* 461.

634 In nihilum relevante si diceretur, suprascriptas authoritates admittere distinctionem præfatam *per viam eleemosynæ*, quando loquuntur de legatis cum onere Missarum, & de aliis legatis, quæ mendicitati Fr. non repugnant uti sunt illa relicta pro Fabrica, Sacristia, Bibliotheca, Infirmaria, quorum legatorū Fr. sunt capaces, & admittitur absque ulla difficultate per eumdem P. à S. Matthia in *dict. §. ex his facilè vers. ad illud textus:* quia satis violenta est præfata interpretatio, ex quò non solum procedit in dictis legatis, verùm in quibuscumque legatis juxtà deducta §. 2., & Decretum R. Fabricæ 1633. loquitur indefinitè pro omnibus legatis, & pro legatis in specie relictis pro victu resolvit *S. C. Concilii in Romana Donationis* 2. *Junii* 1633. *in Faventina legatorum* 2. *Martii* 1697., *& S. Congr. Episc. & Regul.* 21. *Novembris* 1698., *& S. C. Boni Regiminis superius recensit.*

635 Undè in concursu tot jurium ridicula est vis, quæ fit super eo, quòd jura sunt imposita pro rebus, & non pro nominibus, adeoque legatum, & eleemosynam esse nomina. Nam sunt nomina diversa correspondentia diversis rebus: legatum enim præsefert jus in legatario ad agendum in judicio, Eleemosyna verò tale jus excludit, cum pendeat à libero animo dantis, & meram facultatem recipiendi illam relatè ad recipientem involuit ex ponderatis per *Cyrill. in d. tract. de morient. eleemosynis art.* 1. §. 8. *num.* 1. §. 9. *num.* 11. *cum seq.*

Ad secundam assertionem P. A S. Matthia prætendentis cum hoc argumento, per ipsum ad formam reducto, PP. Theresianos non teneri in conscientia ad faciendam eleemosynam ipsis per Testatorem injunctam facilis occurrit responsio: nam hæc est nobilissima arguendi forma. *Quilibet tenetur in conscientia non cooperari peccato alterius juxta illud Apostoli ad Rom.* 1. 32. *Qui talia agunt digni sunt morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: Atqui Fratres isti dum talia legata per-*

percipiunt graviter peccant, quia faciunt rem turpem, & sui instituti destructivam, uti vidimus ex DD. traditione. Ergo quilibet tenetur in conscientia tali eorum receptioni non cooperari; cooperatur autem dum eis solvit, ergo ipsis tenetur non solvere = & destructiva responsio consistit in sola nega-
636 tiva Minoris, nam ista Minor, quæ supponitur erat probanda, & debebat venire in consequentia, & in æternum minor non probabitur cum adversus illam militent Summorum Pontificum oracula, S.Cong. resolutiones, Tribunalium Sententiæ, & DD. Authoritates superiùs congestæ. Unde retenta majori in casu nostro procedit ista minor: Sed P. A.S. Matthia, dum consulit PP. Theresianos non teneri ad solutionem legati, graviter peccat quia facit rem turpem, nam consulit contra tot claras resolutiones, & ita consulendo peccat contrà misericordiam, & justitiam uti in terminis terminantibus firmarunt DD. allegati suprà §. 3. ita & peccant Theresiani, qui eleemosynam facere negligunt ex præcepto testatoris demandatam, & quam obligationem adeundo con-
637 traxerunt *Bich decis.* 591 *nu.* 8. ubi concordantes, & ultra contradictores ad satietatem firmat *cit. Cyrill. de mor. eleem. art.* 1 §. 8. *num* 15 §. 10. *num.* 21 §. 12. *num.* 6. *cum seq.* §. 26. *num.* 1. §. 28. *num* 15., & 16., & *art.* 2. § 5. *num.* 4. & *seq.*, & *art.* 3. §. 3. *num.* 7 *cum sequen.* §. 4 *num.* 2. 5. & 6. §. 16. *nu.* 35., & *casu pr.* §. 3. *num.* 17, & 21 & 22. ubi quod hæres non
638 solvens legata pia incurrat sacrilegium, & excommunicationem reservatam, & casu 2. §. 6. *num.* 17. *cum sequen.*

Corruunt exindè omnia deducta cum falso principio incapacitatis Fratrum, Nullitatis legati relicti in Testamen-
639 to; nam stante capacitate præfata per viam eleemosynæ legatum substinetur, & non caducatur ad favorem hæredis, verùm restat sub dispositione Testatoris obligante hæredem ad satisfactionem legati, uti dictum fuit, ac firmat R. P. D. Petra *loc. citato num* 41. & 48. *in quo nu* 41. allegat resolutionem S. C. C. emanatam in nostra identica causa Salernitana legati, & ob id videtur scandalosa in bona Religione supradicta Minor Matthiana, nempè quod FF. peccent quando recipiunt legata à spontè dantibus, quia recipere, & dare eleemosynas in orbe

orbe Cattholico peccatum non est, sed est vitium oppositum virtutibus denegare eleemosynas illis, qui ex Voto tenentur mendicare.

Dispositio Testatoris tota quanta est, continet strictissimam dispositionem obligatoriam hæredis: Ex quo idem Testator Jurisconsultus conscius capacitatis Minorum per viam eleemosynæ, non contulit legatum in Conventum, & Fratres, sed gravavit Theresianos hæredes, ut dietim solverent eleemosynaliter (est verbū præcisum Testatoris) tenuissimam eleemosynam erogandam in emptionem ferculi, seù mineſtræ, & aliorum necessitatum; deduxit authoritates DD. in eodem testamento talem capacitatem per viam eleemosynæ admittentium: Et in casu quo PP. Minores essent incapaces exclusit R. Fabricam cum hac tamen conditione, per P. à S. Matthia in §. *Adde demum* mutilata: *in tal caso annullo &c. non volendo che detta Fabrica acquisti nessun jus, mà che come non fatto, ne disposto resti libero a detto Monastero herede, e suoi PP. sodisfare ogni giorno e pagare detta carità a nessun altro, che solo a detti PP. à chi eleemosynaliter l'hò lasciata, e così ordino, e voglio s'eseguisca ne in altro modo salvo questo.* Conditio igitur est, quod exclusa Rev. Fabrica, quod tamen fieri non potuisse omnia jura clamant dict. § 2., & 3. fuit denuò impositum onus, cum libertate tamen ex parte hæredis de faciendo eleemosynam dietìm, undè non erant mutilanda verba *è resti libero à detto Monastero erede*, verùm erat copulanda tota periodus nempè *resti libero a detto Monastero sodisfare ogni giorno:* libertas igitur cadit super modo satisfaciendi, & non super eo quod
640 libertas cadat super nullo jure solvendi, itaut Theresiani sint liberi ab hoc onere solutionis, uti male infert scribens pro suo Conventu Nascenti, & ratio est quia Theresiani in hoc casu non dicuntur facere eleemosynas, quia nil dant de patrimonio illorum, verum uti hæredes gravati, ac quasi simplices administratores administrando bona Testatoris tenentur adimplere illius voluntatem ex notissimis pariter firmatis per dict. *Cyrill. loc. cit. art.* 1. §. 1. *num* 10 11. *cum seq.*, & alibi passim, ac resultat ex deductis per *Tryſtan. in decis.* 69 *per tot.*

Quod-

Quodque consideratio tenuitatis legati non sit attendenda, uti loquitur P. A S. Matthia, cum motivo, quod quindecim grana per singulos dies anno quolibet faciunt ducatos quinquaginta quatuor, itaut extenuarent redditus totius hæreditatis vix reddentis annuos ducatos tercentos, nullimodè inquam, facit ad casum. Nam non sunt combinandæ summæ relictæ tribus Monasteriis diver-
641 sis, & distinctis, verùm est consideranda eleemosyna granorum quinque dietim relicta cuilibet ex Monasteriis, nempè Cappuccinorum, Observantium, & Reformatorum, quæ uti eroganda in emptionem oleris, seù minestræ redditur insensibilis respectu ad unumquemq; ex Fratribus, & semper remanet in suo esse mendicitas qualitas propria Seraphicæ Religionis.

Ratio verò, quam hic adducit idem Orator scribens *pro domo sua nascenti*, pro qua existimat ducatos tercentum annuos esse nullius entitatis, esse verò entitatis eleemosynam quinq; granorum, quæ si duplicaretur, triplicaretur ab hoc, vel ab alio, cum hoc fundamento diurnæ pitantiæ essent certæ, & actum esset de Mendicitate, nullimodè signum tangit, ex quo cum hac ideali possibilitate non potest defraudare intentum Testatoris de
642 sua eleemosyna relicta, & ratio quadrans est, quia quando casus horum legatorum hodie in idea scribentis calculatorum eveniret, Commissarius Fabricæ, uti Minister Sedis Apostolicæ superfluitatem exclusivam mendicitatis resecaret, & eleemosynas in usus Sedi Apostolicæ benevisos applicaret, quia eleemosynæ non sunt hæredum, verùm Animæ Testatoris, quæ defensa per Sedem Apostolicam habet jus cogendi hæredes ad satisfactionem oneris injuncti, ne aliter perdantur animæ hæredum eleemosynas agere negligentium.

Ob id non militat propositio ejusdem scribentis usurpata in §. *Adde demum, & conticesce in fine*, nempè quod gravare hæredem, contrà vel præter voluntatem ipsius testatoris sacrilegium in jure reputatur, ex quo neglectus solvendi legata pia à Testatore relicta, uti oneratus vitio Infidelitatis, Injustitiæ, Impietatis, ac uti sacrilegio, & excommunicatione illaqueatus, & ad sensum cum

cum unanimi DD. voto ostendit idem *Cyrill. in casu* 1. §. 3. *num.* 18. *cum sequen.* venit ab animo, & conscientia repellendus.

Procedit ulterius P. A S. Matthia in §. *Quod in quibusdam cum sequen.* dicendo, quòd etsi Patres Minores habeant pro victu contributiones assignatas, vel à statuto, vel à Communitate id procedere posse, ex quo non astringuntur Cives, ita ut non possint resilire à dando cum
643 voluerint. Quodque si Fr. habeant usum, & consuetudinem recipiendi, retinent corruptelam, & abusum illaqueantes ipsos peccato. Verùm, quia nititur falsis principiis, falsæ exindæ deteguntur illationes: Posito enim assumpto, quòd Patres sint capaces pecuniarum pro victu assignatarum, vel à statuto, vel à Communitate cum motivo libertatis civium solventium, cum hoc, quod possint non solvere, intrat de plano veritas nostri assumpti, quòd P. sint capaces nostri legati assignati pro miserabili rata minestræ seù herbarum, quia solveretur semper à PP. Theresianis cum libertate solvendi, vel non solvendi ad favorem PP. quidquid sit denegata hac libertate ad favorem Animæ Testatoris defensæ per S. Tribunal R. Fabricæ.

Corruptela verò, quæ assumitur contra consuetudines universales Orbis nullifacienda venit, ex quo contra dictum P. A.S. Matthia veritas est infallibilis, uti ita
644 illam supponit *Pitonius in discept.* 2. *num.* 10. *Ex consuetudine universali totius Religionis dum omnes ferè Conventus, & Collegia Minoritarum adjuvantur cum eleemosynis legatorum perpetuorum Conventus Aracælitanus in Urbe, Collegium Salmaticense, Conventus Victoriæ Provinciæ Angelorum, Lusitanorum Regnum, Ducum Albanorum Albæ ædificatus, Xenodochium Beneventi, Conventus de Pueble, & alii plures in Cathalonia, & demum in Hispania, Francia, & Germania, uti hæc omnia recenset Didacus à Cæa num.* 40. *Pellizar in Manual. tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 2 *sect.* 2. *num.* 42. *A S. Ubaldo in quolibet regular. quodlibet.* 11. *dub.* 11. *num.* 122. *vers.* 2. *ex consuet.*

Doctrina D. Bonaventuræ commendata per P. Consulentem, & declarata, quòd loquatur de legatis temporaneis

neis, favet in omnibus nostræ instantiæ, in qua non est verum, quòd boni PP. Minores, uti ipse loquitur, prætendant à Theresianis quotidianam pitantiam perpetuam de jure ob dispositionem Testatoris, & cum obligatione saltem conscientiæ; verum tamen est, quod ego miserimus in causa scribens, tamquam unus de populo pietate motus petii executionem piæ dispositionis testamentariæ b. m. Fabritii Pinto petendo pro ipsis legatum, super qua petitione emanavit decantata resolutio, *servetur Decretum Rev. Fabricæ* 1633. Quod est uniforme sententiæ D. Bonav. volentis ex mera gratia hæredis
645 posse recipi annuos proventus per modum eleemosynæ, & ignoratur quomodo dictum D. Bonav. reducatur ad eleemosynam temporaneam. Nam ista verba Sancti D. recensita per eumdem adversarium: *Si aliquis disponeret, quod de proventibus illis aut illis darentur Fratribus tot panes quotidiè, vel tantum eleemosynæ singulis septimanis, aut annis non essemus propter hoc redditüum possessores cum non ex jure sed ex gratia solum talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus:* præseferunt quòd PP. Minores sint capaces recipiendi quotidiè panes per viam eleemosynæ. Quapropter, cum P. A S. Matthia aberret à semitæ Justitiæ, quia impugnat veritatem cognitam, & definitam à tantis Supremis Tribunalibus, nil mirum si quamplurima dicat, quæ suæ magnæ virtutis decorem adumbrant, nam absque ullo fundamento, ac ratione trascendit ad concludendum PP. Minores recipientes tale legatum, constitui in malo conscientiæ statu, & in ea veluti apostasia à discipulatu S. Francisci aberrare, quod ex superiùs recensitis non venit audiendum, neque tolerandum.

Poterat igitur relinqui conclusio, & Protestatio Religionis continens hanc propositionem *Patres Fancifcanos esse prorsus incapaces hujus legati, ac proinde PP. nostros hæredes*
646 *ad nihil teneri imo potius teneri positivè ad oppositum:* quia talis conclusio, stantibus supradictis Sacris Resolutionibus, ejecta est ab Ecclesia Dei, quæ mandat PP. teneri ad satisfactionem legati nostro §. 2., & 3., & per consequens quatenus esset propositio, quæ edoçeretur in Scho-

Schola Thereſiana, uti contraria reſolutionibus Sacrorum Tribunalium Urbis venit damnanda.

Proteſtatio, quod Hodierni PP. Thereſiani degentes in naſcenti Salernitano Cœnobio intantum negant adimplere voluntatem Teſtatoris, ne ſint cooperatores ſacrilegæ (ſunt verba à S. Matthia) fractionis ſeraphicæ paupertatis, & ne ſubiiciantur irriſioni, & ſuorum ſucceſſorum juſtæ reprehenſioni, hæc inquam proteſtatio poterat
647 omitti, ſicuti poterat omitti incitamentum excitatum, ut fundamenta ab ipſo deducta, ab eruditiori calamo prius evacuentur ad hoc, ut demum PP. libenter perſolvant id, quod juxtà ſaniorem doctrinam ſolvendum eſſe arbitratum fuerit. Ex quo ſufficiebat legere *Decretum R. Fabricæ* 1633., & ita ſaniorem doctrinam vidiſſet, quæ eſt ut PP. Thereſiani adimpleant Teſtatoris voluntatem, aut dando gratis eleemoſynam PP. in Teſtamento deſignatis, aut coactè R. Fabricæ, cui competit jus, & actio vindicandi diſpoſitionem teſtatoris à tanta ſiniſtra contumacia, itaut dicendum pernecesſe ſit quòd ſi PP. Thereſiani ita tractant Animam Teſtatoris in Actu Cœnobii Infantis, quid agent quando Cœnobium erit ſenex; melior igitur erat proteſtatio Bartoli in præfatione Tract. Minoricarum impreſs. in ſuis Conſil. quàm hic replico tàm pro me, quam pro eodem Patre de S. Matthia. =

Ego Bartolus de Saxoferrato Peruſinus civis minimus inter legum DD. hoc opuſculum feci in quo nihil protervè dico, nihil pertinaciter aſſero, ſed ſi quid hic reperitur incertum, quod à determinatione S. Matris Eccleſiæ, vel à veritate aliquo modo deviaret hoc ex inadvertentia lapſu linguæ,

&

& velocitate calami evenisse credatur paratus corrigere, & ex nunc corrigo cum veritas fuerit patefacta S. Matris Ecclesia, & cujuslibet melius veritatem, & clarius intuentis me humiliter correctioni supponens.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM,

Ac Verborum memorabilium.

Prior numerus paginam; alter numerum Marginalem ostendit.

B

C

Carme-

D

Ducis

E

F

H

Inca-

I

L

relin-

Quæ

Ordi-

P

Qui-

Q

R

Sen-

S

T

Quando

V

FINIS INDEX.

Errata graviora Lector Benevole ita corriges, ut reliqua compatiaris ex quo Author Dissertationis absens ab Urbe, in qua ipsa typis demandata fuit, proprium onus subire non valuit.

			Errata	*Corrige.*
Pagina	1. linea	6.	1504	1704.
ibd.		14	expedito, & terminato,	expedita & terminata:
ibid.		17	1504	1704
2		10	substinentes	sustinentes
4		35	1504	1704
ibid.		37	Discalceatores	Discalceatos
5		10	latus	latùs
ibid.		12	Sequuto	Secuto
		27	potentos	Contentos
9		12	inspecte	inspecta
10		28	e la mia	e se la mia
11		3	che non solo	che solo
ibid.		14	2000.	20000.
		17	Monastiero	Monastero
11		30	hanno detta heredità	hanno in detta heredità
12		25	Religione	Religiosa
ibid.		40	*Instantiam*	*Instantia*
13		12	& asse	ex asse
16		9	funt	fiunt
18		6	*restino*	*resti*
19		1	S. Concilii	S. C. Concilii
21		22	Guantus.	Lantusc.
ibid.		32	species	serie
22		21	quoad directi	quod directum.
ibid.		22	Principales	Principalis
26		final.	Romani	Reverendissimi
28		9	essequiosissimus	Ossequiosissimus
ibid.		14	Gesù	Giesù
31		31	utique	cumque
36		3	substineatur	sustineatur
38		1	adessæ	adesse
39		9	capitalias	capitalia
44		16	Adona	Adoba
45		13	1607.	1707.
46		7	Patris	Partis
47		21	*Testatorem*	*Testatorum*
50		32	integrum	in integrum
54		15	mem.	bon. mem.
ibdem		16	contumacia	contumaciam
61		3	Testratrix	Testatrix
62		35	saccubuerunt	succubuerunt
67		15	locumtenentes	locumtenentis
ibid.		ibid.	doctissimi	doctissimè

Pag.

Pagina	linea	Errata	Corrige
68	30	Inſtituto	Inſtituta
70	1	Partibus	Patribus
78	9	Roſ.	Rox.
80	7	Tetrenis	Terrenis
86	37	Old.	R. P. D.
87	8	virum n.	verum nu. 249.
89	15	Sectratris	Sectratrix
91	25	alii	ali.
152	23	Opid.	R. P. D.
ibidem	26	ſubſtinentem	ſuſtinentem
ibidem	28	Fratribus	Partibus
153	2	onore	onere
ibidem	30	bodie	hodie
161	5	relictum	relicta
ibid.	28	Rodulph.	Ridolph.
ibid.	31	babeant	habeant
ibid.	35	bis	his
170	22	biboteca	hypotecha
178	38	D. Petrum	R. P. D. Petrum
179	34	Secretaria	Secretariæ
183	10	ibi	ubi.
ibid.	14	Formula, & Decretum	Formula ten. Decretum
186	1	depoſitiones	diſpoſitiones
ibid.	5	depoſitioni	diſpoſitioni
ibid.	22	quod	quæ
193	2	adeundem	adeundum
194	13	Clementis VIII.	Clementis VII.
205	6	R. C. A.	R. Fabricæ
ibid.	30	utile	utili.
206	17	annum	Annuum
207	5	cauſa proponatur	cauſa non proponatur
208	20	teſtamenti, ſeù teſtamentorũ	Mandati ſeù Mandatorũ
219	1	iſta	iſte
222	14	vendenda	vendendæ
ibid.	ibid.	inveſtienda	inveſtiendæ
225	38	deputatione	diſputatione
262	24	Quod uti	quæ uti
ibid.	25	athoritatem	Authoritatem
ibid.	36	Epicop.	Epiſcop.
264	10	Bechinis	Doctrinis.
265	16	interdidit	interdicit
266	33	Stamp	Conſtitut.
ibid.	37	Sintheresim	Synheresim
272	13	tenetur	tenentur
281	26	ultimorum	ultimarum
286	7	miſerimus	miſerrimus
ibid.	23	ſemitæ	ſemita
288	5	ſupponeas	ſupponens